


[illegible]



A X 54.

Mys. XVI
A-70



222766 | 1

ORATIO M. IO- ANNIS LIVBICZH, EC- CLESIAE WRATISLAVIEN:

Canonici, de Canonica in Regimen Ecclesiae suc-
cessionem, pro ipsa Sacra Reuerendissimi in Christo
Principis & Domini, Domini Andreae, Dei Gra-
tia, Episcopi Wratisslauiensis nec non Supremi, per
vtramq; Silesiam Capitanei, in Episcopum
consecratione. Anno Salutis 1586.

Quinto Non; Feb. ce

lebrata.

Ex libris

Vicarij



*Georgij Krelj
Wratisslauiensis.*

Donum B. & Magistri Joannis Livbicz Cane. Wrat.

IEREMIAE VI.

State super vias, & videte, & interrogate de Se-
mitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea,
& inuenietis refrigerium animabus vestris.

*Pro Conuentu S. M. in Bofis Trum Mm. Strid: Ob.
nisse - An 1639.*

IMPRESSVM NISSAE, PER
ANDREAM REINHECKEL.



[500-]

222766L

A. E. W.

3



h. mie mlt.

REVERENDISSIMO IN
CHRISTOPRINCIPI, ET
Domino, Dño Andreæ, Dei Gratia,
Episcopo Wratisl: Sac: Rom: Cæs:
maiestatis Consiliario, nec non su-
premo per vtramq; Silesiam Capita-
neo: Domino, & Lociordinario suo
obseruandissimo, M. Ioannes Liu-
biczh, Ecclesiæ Wratislauien: Cancell:
& Canonicus, sua indefessa ob-
sequia, reuerenter com-
mendat.



ON minus eleganter, quam pru-
denter plane, magnus quondam
ille Atheniensium legislator So-
lon, regendis rebuspub: in medi-
um consulturus, dicere solitus erat, Reuerendissi-
me in Christo Princeps, & Domine, Domine ob-
seruandissime, Illam demum Rempub: foeliciter
regi, in qua Principes, & maiores, secundum le-
ges viuerent. Quippe vt quemadmodum, natu-

ali discursu, non minus exempla oculos moue-
rent, quam praecepta ipsa, animos imbuerent: Ita
& illi, tanto foelicius, alios exemplo sui foris in de-
bito officio retinerent: quanto dignius, ipsimet
domi Sacrarum reputatione Legum gaude-
re. Quale dum olim, diligentius obseruatum, & bona
fide, omni fraude & dolo remotis, practicum,
omnibus perpetuo rite capessendis Rebuspub: sa-
lutare fuit: ita hac nostra tempestate, temere plu-
ribus in locis neglectum, pro gubernanda cum pri-
mis, Sacrosancta Catholica Ecclesia perniciosissi-
mum extitit. Maxime, posteaquam ita tandem
comparatum sit, vt non saltem magni quidam cen-
suri legitimo debitae obedientiae iugo excusso, in
eminentiae suae fastu confisi se nullis porro colen-
dae Orthodoxae Religionis, flecti patiantur le-
gibus, sed & vilissimi quique, ex abiectissima se-
penuero facie hominum illa ipsa sibi impune ar-
rogare audeant, quae olim in summis Monarchis
etiam, digna multabantur poena, adeo vt non le-
gibus duntaxat ipsis suis vulgo tam dictis, quam
factis, contentiosissime repugnare, verum etiam,
ipsismet sacratissimis legum latoribus, suis &
scriptis, & doctrinis, contumacissime insultare,
eisdemque


1
27
eosdemq; pro supercilio suo, in ordinem redigere
præsumant. Nec opus est hoc loci, è longinquo pe-
titis argumentis, sufficit namq; nobis, hodierna
passim, Christianæ Monarchiæ, ex eodem æq; ipso,
iam pridem nata calamitas; sufficit miseranda mul-
tisq; argumentis, proh dolor, quorsumcunq; te ver-
tas, deploranda ecclesiasticarum facies rerum.
Quis enim, Deum immortalem, non videt quan-
tum hæreticæ prauitatis virus, quantum ignaui
præsumptio vulgi, & quantum pleriq; ex iis etiam
hincinde ipsis, qui se saluis quondam legibus,
sacramento, ob singularem in Orthodoxam Re-
ligionem obseruantiam, pro defendenda, proq;
manu tenenda, ecclesiastica libertate, obstrinxer-
ant, pro eadem rursus, grassante impunita ho-
die temeritate, tum impugnanda, tum abroganda
planè, conentur: in tantum puta, vt vix inter sa-
crum & profanum, inter Christi Ecclesiam, &
Satanæ Synagogam, aliquod diaphragma ad-
mittere velint. Verum potius, eadem ipsa, quæ
perpetuo, apud pios, & vere Christianos animos,
diuini immediate iuris fuissent, proprio motu,
per fas & nefas, in profanos abusus suos, conuer-
tunt, & velut cæcus cæcum, ita laicus laicum,

A ;

iam

sam tandem, non dicam, grassator prædonem:
& impius depopulator, sacrilegum deuastato-
rem, pro conuellenda, proq; exterminanda, sele-
ctissima Domini Dei Sabaoth vinea, pro tremen-
dorum dixerò, in Ecclesia Christi, Sacramentorum
profanatione, trudit: suoq; modo, in abominanda
sacrilegij sui, Synagoga instituit. Quo quia vix
aliud Christiano nomine indignius, ita & propa-
gandæ Euangelicæ veritati, nihil dici possit peri-
culosius, nihil Orthodoxæ Religioni obtingere
possit infœlicius. Hæc itaq; dum ego pro meo mo-
dulo, proq; debita in Catholicam Ecclesiam ob-
seruantia, nec sine maiore animi mei dolore, iden-
tidem perpenderem, eademq; ex nulla æq; alia cau-
sa, quam ex violatis vt plurimum, sacris in regi-
men Ecclesiæ successionis legibus, profecta fuisse
viderem, intermittere non potui: quo minus super
eo, pro ista auspiciatissima R. C. T. Episcopali
consecratione, siue potius Apostolica successionē,
nonnulla, quantum mihi per valetudinem, perq;
angustiam temporis licuit, crassiore licet minerva:
prout infra, meditarer, meditataq; & calamo ex-
cipienda, & sub nomine, subq; amplissimo de-
um, eiusdem R. C. T. patrocinio: & doctio-
ribus,

ribus, & prudentioribus, maiora Deo dante, in rem
Orthodoxæ religionis, subinde subinde paranti-
bus, velut per transennam (salua semper cum pri-
mis, cum in hoc, tum in omnibus alijs, Sacrosan-
ctæ Catholicæ Ecclesiæ sententia) adumbrarem.
rogans & maiorem in modum petens, quo me-
um hac in parte candidum, velle potius, quam pro
hac vice posse, benigne interpretari dignetur.
Quod reliquum est, Deus Opt: Max: R. C. T.
(cui me, cum omnibus rebus ac fortunis meis,
obnixè commendo) Ecclesiæ suæ Saluam & inco-
mmem, conseruare dignetur. V.



ORA.

ORATIO M. IOANNIS
LIVBICZH, ECCLESIAE WRA-
tislauiensis Canonici, de Canonica, in
regimen ecclesiae successione, pro
ipsa sacra Reuerendissimi in Chri-
sto Principis, & Domini, Dñi An-
drea, Dei Gratia Episcopi Wratista-
uien: nec non Supremi, per vtramq;
Silesiam, capitanei, in Episco-
pum consecratione.

DVm tenacius, in istum sacrum, &
Diuinæ iam olim institutionis, &
vestræ ordinariæ super ea hodie,
exequutionis processum, mentis meæ
conuerto oculos, Reuerendissimi in Christo Prin-
cipes, Patresq; amplissimi, & Domini, Domini
obseruantissimi, vosq; quos Deus pro re nata, in
parte solitudinis constituit, viri religiosissimi,
dum inquam paulo altius, istum vestrum celebra-
rium, nunquam pro dignitate laudibus celebra-
tum, siue episcopalis consecrationis, siue legiti-
mum, Apostolicæ potius dixeris successione a-
ctum,

Num, perpendo, videor mihi, in tanta, & tam
 omnibus numeris absoluta, Orthodoxæ solenni-
 tatis prerogativa, ipsammet plane Apostolicæ
 maiestatis, faciem contemplari. Tum quia &
 vosmetipsi, Apostolorum hac in parte vices susti-
 nere, tum quia & vestros communiter omnes, per
 omnem occasionem, in Apostolicæ, siue maius
 in Canonice, aut potius Catholice successionis
 obedientia, retinere paratis. Quod quia perpe-
 tuo, à Christi fidelibus, iam inde ab ipso nascentis
 Ecclesiæ primordio, per vniuersum orbem, tot
 retroactis seculis, nec sine maxima omnium vene-
 ratione, & practicum, & maximo cum primis
 zelo, in hanc usq; nouissimam, diffluentis iam
 tandem mundi senectam, continuatum extitit, ita
 & de cætero, nullo vnquam (sine extremo totius
 Christianæ religionis discrimine) omitti poterit
 prætextu. Nam si quid est omnium, quod secun-
 dum Deum, Catholicam hucusq; in genere, non
 saltem propagasset, sed & gubernasset, & in esse
 conseruasset Ecclesiam, hoc ipsum reuera sibi, opti-
 mo omnium in vniuersum iure, legitima vel
 maxime, in eadem tot seculis continuata, regi-
 minis vendicauerit successio.

Exod. 28. 40.

Nam: 3. 18.

B

Quid

Quid enim per Deum immortalem iucundus
us: quid gratius: quidue Christiano ho-
mini, hac exacerbatissima, tam morum, quam
temporum tempellate, aut magis expetendum,
aut minus negligendum, obtingere posse videas
vnquam: quam dum Christiano nomine gau-
deas: dum Christi redemptoris salutaria prae-
conia sectaris, dum aeternae salutis aditum in-
uestigas, non ignorare, vbinam tandem, inter tot
altissimorum hodie, & fingendae, & itentidem
refingendae religionis, errorum pellagos, inter
tot schismata, inter tot sectas, & innumeras pro-
pemodum haereses, Christum querere, vbi
communioni sanctorum subscribere, aut vbi or-
dinarios Apostolorum Christi successores, non
saltem ex officio recognoscere, sed & ore tenus
quoties libuerit, oculo ad oculum compellare
queas, inibi puta duntaxat, & reuera minime alibi
vspiam, praeterquam vbi, Abraham ille Euan-
gelicus ad Moysen adque audiendos Prophetas
remitterit, dicens: haberent Moysen, & Prophetas,
quos nisi audierint, etiamsi quis ex mortuis resur-
rexerit, non credent. Hoc est, in illa sola, & mi-
nime in quacunque alia, quam aeternum illud

Luce 16.

Dei

Dei patris verbum, salusq; vnica generis hu- Aclor. 20.
 mani Christus, tum sanctissimo ore suo funda-
 uit, tum preciosissimo sanguine suo redemit.
 quamq; & omnium primus, Bariona quondam
 ille, princeps Apostolorum Petrus, & vltimus Luce 22.
 hodie, post tot inter medios haftenus, Sixtus eius Ioan: 21.
 nominis Quintus, summi Romanorum Pontifi- Summi Roma-
 ces, per canonicam, eamq; continuam, hucusq; suc- norum Pontifi-
 cessionem, gubernarunt Ecclesiam. Vt in qua suc- ces, continui
 cellores, (cauentes nimirum, ne antiquos quos po- Catholica Eec-
 fuissent patres sui, quoquo tandem modo, trans- clesia Gubern-
 grederentur) publica temporum suorum, propa- natores.
 gandae religionis negotia, perpetuo ad maio- Pro: 22.
 rum suorum, instituta soliti sunt referre, perpetuo Eccel: 8.
 vestigijs ipsorum, innixi sunt insistere. Et hoc non
 ab ijs ipsis saltem, qui immediate in Apostolorum
 locū successissent, sanctissime obseruatum est, sed &
 illis communiter omnibus, ex quibus passim ter- Cant: 6.
 rarum & gentium, Ecclesiastica (quæ est vt castro-
 rum acies ordinata) hierarchia constat, tam im-
 pense in vsu fuisse liquet, (differimus autem hic, de
 legitimo ordinariæ potestatis processu, & nequa-
 quam de priuata cuiuscunq; tandem, vel morum,
 vel vitæ dispositione) vt ne minimus quidem, vel

B 2

parochus

terminos

Heb: 5.

parochus parochus, vel praelatus praelato, diuersis
seu religione, seu professione, longe minus, id
quod & Apostolus vetat, sine canonica institutio-
ne, in ecclesiasticum Regimen succederent.

EXempli gratia: vt si quis temetipsum Reue-
rendissime in Christo Princeps, & Domine,
Domine Antistitesq; obseruandissime, Andrea Ieri-
ne, (quem ego hoc loci, Reuerentiae, nec non de-
bitae obseruantiae ergo, compello) sacramento
etiam rogaret, quam tu te, in hac tua Dioecesi, siue
religionem, siue religionis caerimonias vsurpares,
responderes haud dubie, nullam omnino aliam,
praeterquam eam ipsam duntaxat solam, quam
a Reuerendissimo olim Praesule, diuae memoriae,
Martino Gerstman, immediato praedecessore tuo,
legitimae successionis iure, velut per manus tradi-
tam, accepisses. Sic si pari ratione, ex ipso quoq;
Martino quaxiuiesses, quamnam & ipse, in eadem
ipsa Dioecesi, regiminis sui tempore, religionem
coluisset: respondisset in rei ueritate, se nihil aliud,
tum quo ad religionem, tum quoad alium quem-
cunq; tandem, Ecclesiae ritum, vel docuisse, vel do-
cendum praecipisse, quam quod a maioribus suis,
ordinarie in eadem continuatum iuuenisset, & sic
consequen-

consequenter, inde à primo illo Silesiaci populi,
Apostolo, glorioso martyre ac pontifice Christi,
Adalberto, per indiscontinuum, perpetuo hucusq;
successionis propaginem in genere.

Q Vippectiamli in ipsa, diuersi sint status &
ordines, varia item celebrandæ in eadem
gloriæ Dei, obeundorum extent munia officio- *I. Cor. 13.*
rum, vnus tamen finis, & idem operationis, omni-
bus in effectu communiter præfixus est scopus. Id
quod & Apostolus manifeste testatur, cum ad E-
phesios de Christi in eadem præordinatione scri- *Ephes. 4.*
bens dicat: quosdam dedit Apostolos, quosdam
prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores,
& doctores, ad consumationem sanctorum, in
opus ministerij, in ædificationem corporis Christi,
donec occurramus omnes, in vnitatem fidei, in
agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in men-
suram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non si-
mus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni
vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia,
ad circumuentionem erroris. Hæc ille. Adeo vt
omni contradictione remota, constantissime astru-
ere queas, in hac ipsa talis regiminis successione, *Canonica sue-
cessionis Reli-
gionis norma*

Geni: 6.

vna religio, vna hierarchia, vna in summa eadem
que longe lateq, per vniuersum orbem, diuinis
semper clara miraculis, (plures autem præter
vnā, nec orthodoxa religio admittit, nec æter-
næ salutis necessitas requirit) culta fuerit, & in ho-
diernum vsq diem colitur Ecclesia.

3. Timot. 3.

Quam quia Apostolus, ab officio: columnam
& firmamentum veritatis nuncupat, tantiq
faciat, vt contra eiusdem dogmata, ne cælestes qui-
dem spiritus sub anathematis reatu, admittendos
iubeat, merito ipso facto, omnes illos, eiusdem
legitime succedentibus rectoribus, & gubernatori-
bus non deferunt, non saltem pro rebellibus, vel
contumacibus, sed & omnino pro reprobis, & in-
fidelibus reputaueris. Hæc siquidem ea ipsa pro-
genies est, de qua organum quondam illud spiri-
tus sancti Dauid, vaticinatus est, aiens: pro patri-
bus tuis, nati sunt tibi filij, constitues eos principes
super omnem terram, memores erunt nominis tui
Domine, in omni generatione & generationem:
propterea populi confitebuntur tibi in æternum,
& in seculum seculi, quia nimirum ita & opera
Dei annuntiauerunt, & facta eius intellexerunt,
vt in omnem terram exiret sonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum.

Quide

Gal: 1.

2. Ioan: cap. 1.

Psal: 44.

Psal: 18.

Quidquid profecto sacrarum literarum,
quidquid cognitionis Dei habemus, hoc to-
tum illius beneficio successione, tanquam per se-
cundarias quasdam causas, legitimo & paternæ
demum hæreditatis titulo obtinuimus. Omnesq;
quotquot (inde ab exordio) gentium, Christo
redemptori nomina sua dederunt, ad normam,
adq; imitationem eiusdem duntaxat successione,
non tantummodo idololatriæ suæ lubenter re-
nuntiaverunt, sed & viso indissolubili illo, com-
munionis sanctorum, in fide, in doctrina, inq; di-
uinis cæremonijs consensu, utpote, quia semper,
quia ubiq; quia ab omnibus, (quod est Catholicæ
Ecclesiæ, tam quoad unitatem, quam quoad
vniuersitatem, euentissimum argumentum) iugi
& seruarentur, & celebrarentur continuatione.
Delegerunt euelligio, sola de simplici & plano,
religionis dummodo successione, venerabiles,
quam quantacunq; seculari potestate sublimes ha-
beri, in tantum, ut infiniti eorum, in ipsis statim ta-
lis fidei suæ crepundijs, maluerint, placide sub iu-
gum Christi euntes, abiectissimi etiam, quoties
occasio tulisset, in tali Domo Dei esse, quam in
splendidissimis infidelium tabernaculis habitare, si-
mul atq;

*Canonice suc-
cessionis fru-
ctus.*

*Catholicæ olim
successione
Zelus.*

Psal. 83.

Heb. 11.

Matth. 18.

Deut. 17.

Canonica suc-
cessio, obseruat,
dispensat.

mul atq; atrocissima quæq; (legibus licet nihil de-
bentes, grauiora tamen latronum tormenta, ob
solius religionis amorem sustinentes) vltimorum
subire genera suppliciorum, quam eiusmodi Ecc-
lesiasticæ quocunq; tandem modo, contrauenire
ordinationi. Qui hoc & cur ita & quia dubio pro-
cul, alta mente repositum tenebant, quod Christo
propinante biberant, nempe: nisi Ecclesiam Dei au-
dirent pro ethnicis & publicanis reputandi forent.
Nusquam autē memoria proditum fuisse in-
uenias, quod aliqua omnīū, Catholicæ succes-
sioni repugnantium sectarum, idololatrias ad co-
gnitionem veri Dei reduxisset, quod gentiles ad
colendum Christum, in effectu conuertisset. Hæc
etenim sola, secundum Deum, & minime quæcunq;
alia potestas est, cui ea demū authoritas competit,
vt ordinarie, inter lepram & leprā, inter puram &
adulterinam, sub Christiano nomine doctrinam,
decernere possit, adeo, vt ipsammet etiam Evan-
gelicæ veritatis, multorum sæpenumero impostu-
ris respersam, optimo omnium iure, & sola ab al-
tissimis erroribus subinde vindicaret, & ordina-
rio vsui, (diuina nempe, tam præcepta fideliter
obseruando, quam permissa legitime dispensan-
do)

do) cum effectu applicaret indaginem. Hæc quæ
quondam Sabellianam, Donatistianam, Aria-
nam, Pelagianam, Nestorianam, & id genus,
quotquot contra orthodoxam hætenus enatae
fuerant religionem, nullius in oppositum ob-
stante contumacia, non solum repressit, sed &
damnavit, & deleuit plane hæreses. Hæc quæ so-
la, quod vel maximum est, legitimo ad eundæ pa-
triae cœlestis, potitur usu clauium. Hæc eadem in-
quam illa ipsa familia est, cui samaritanus ille,
apud Lucam, Iericho peregrinum, inter lubricos Lucæ 10a
viarum suarum anfractus, lethali vulnere cæ-
sum Hierosolimitanum, duos depromens denari-
os, curandum concredidit, dicens: Quodcunq; su-
pererogaueris, reddam tibi. AEterna puta Dei pa-
tris sapientia Christus, tantam mysteriorum Dei,
de & super illecebrosis totius fragilitatis humanæ
naufrajijs, tam liberaliter vltro contulit dispensa-
tionem, vt nec ligandis, nec soluendis quorum-
cunq; tandem causis, aliud ratum esset in cælis, Matth: 16. 19.
quam quod huius decreto, cautum fuisset in ter-
ris. Ioan: 20.

Nihil ergo canonica successione, tum pro or-
thodoxa religione propaganda, tum pro
C hæreticorum

hæreticorum rabie reprobanda, vel antiquius, vel accommodatius, præsertim, posteaquam tanta ipsius perpetuo, cum dignitate coniuncta fuerit auctoritas, ut eo tum vel maxime, sibi constare credatur, sicubi hostium suorum, impetibus exponitur, si quando truculentis sectariorum insultibus laceratur. # Quotiescunque contumacissime petulantiae suae, calumnias in ipsam congerere, alijsque vltro citroque exosam reddere parassent, quotiescunque in extremam eiusdem perniciem conspirassent, toties suis metipsum, (virtute Dei vindice, haud dubie) reciproci consossi telis, toties proprijs contradictionibus irretiti, in semetipsos rabidorum canum instar, conuersi, tam acrocibus (hæreticae perfidiae, sese mutuo & conuincientes, & plane damnan- tes) defæuiunt moribus, ut nisi de simplici & plano, ad eandem aequam ipsam, (attento quia alias cælitus, ad ipsam, pro enucleanda, proque ad viuum resecanda, legis diuinæ veritate, vniuersus remittitur orbis) cum debita rursus submissione, omni exceptione remota, redierint iudicem, nulla reuera, de cætero inter ipsos dirimendarum ratio differentiarum (nec mirum quidem, quia hoc perpetuo, mendaciorum proprium fuit, ut nunquam sibi met

Quotiescunq;
siquidem sum³
illi in eam
odium eromere

libimet inuicem coalescant, nunquam prout scite
dixit Cicero, cum pertinacia recte disputari po-
test) nullus alius vnquam, curandorum restabit
vulnerum, pro re nata, suorum modus.

Sed quemadmodum, illius veros & legitimos
imitatores, subinde subinde, de virtute in virtu-
tem, prophetico didicimus oraculo ituros, ita *Psal: 83.*
pariter, ex confusione in confusionem, rebus porro
ita stantibus, nemo negauerit, magis magisque in
præceptis ruituros, cum ob alia innumera, tum
propter ea vel maxime, quod excusso salutari illo,
communione sanctorum iugo, ita demum, tam
diuinarum, quam humanarum hoc nomine, au-
thoritatem aspernantur legum, vt vere de ipsis ab
eodem æq; Propheta, testatum fuisse non ambi-
gas, cum diceret: Dimisi eos, secundum desideria *Psal: 80*
cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Nam
etiamsi alij eorum, plenis buccis, euangelium euan-
gelium crepent, etiamsi alij mille de super com-
menta edant, etiamsi totidem exquisitissimos ora-
tionis fucos, & subtilissima quæq; possunt, callida-
rum persuasionum suarum, sophismata iactitent
alij, nullum tamen omnium eorum inuenias, qui
vel legitimum instituti sui fundamentum, vel or-

*Hereticorum
dogma illegi-
timum,*

dinarium, attentatæ hac in parte, confusionis po-
tius, quam successionis suæ, demonstrare possit
authorem, quod quia alias per se manifestum est,
ita & propria antesignani ipsorum, (vt hoc loci
de alijs nihil dicam) se insolentissime iactantis,
testimonio ratificatur Lutheri. Vt qui formalibus
prout sequitur verbis, se toto cælo, non saltem
omnem & humanum, & angelicum intellectum,

*Tom: 1. super
Epistolam ad
Gal: cap. 1, fol:
31. 32.
4, fol: 109.*

sua doctrina excelluisse, omninoq; superasse glo-
riatus, dicens & affirmans, se ad tale opus mini-
sterij, ab ipsomet Deo vocatum fuisse, doctrinamq;
suam, se nec ab hominibus, nec per hominem, sed
per donum Dei, & reuelationem Iesu Christi, ac-
cepisse. Vnde quicumq; suam doctrinam non secta-
retur, saluus esse non posset ait, sententiam liqui-
dem suam, tribunalis Dei sententiam esse, ita vt

*Lib: aduersus
falso nomina-
tum ordinem
Episcoporum.
Tom: 1. exhor-
tat: fol. 3.
in lib. de Anti-
christo.*

Angelos etiam iudicaturus esset. Verum etiam sa-
cilegus apostata ille, os suum, Christi Saluatoris
os esse, non sit veritus asstruere, adijciens porro &
dicens, qui sibi resisteret, Christo resisterit. Eo quia
eadem inquit potestas, quam Deus ipse, Christo
super omnem virtutem, & Potestatem, & super
omne quod nominari possit, contulisset, sibi quoq;
vna cum suis pariter, collata esset, adeo vt omnes

omnibus

qui

qui crederent, cæli & terræ potestatem haberent,
valentes & viuicare, & mortificare, diabolo dare:
& accipere, etc. longe minus, vllis vnquam loco
vel tempore, probare poterint, se illud ipsum, (cuius
se toties vniuersale vulgo patrocinium suscepisse
prætendunt, quoties ordinario magistratui suo,
contumacius temerario ausu, rebellare præsumunt)
tam purum, tamq[ue] intemeratum, non dicam &
incorruptum, & indeprauatum, prout in Catho-
lica Ecclesia, & ab ipsismet Apostolis Christi, præ-
dicatum & ab immediatis successoribus ipsorum:
longe lateq[ue] per vniuersum orbem, tot seculis pro-
pagatum, nec non prædicatum inuenissent, suis
æcclesiis tradere Euangelium. Non enim illam
ipsam profitentur doctrinam, quam per absolu-
tissimos cancellarios quondam Christi, vel Ma-
theum in Alexandria, vel Lucam in Achaia, aut
per Ioannem in Asia, olim Spiritus sanctus reli-
giose ordinauit, sed quod ipsemet proprio motu,
aut Hus tandem in Bohemia, aut Calvinus in
Gallia, vel Lutherus (& id genus) non minus
seditiose, quam calumniosè, somniarunt in Saxo-
nia, de quibus iam olim sacra prædixit scriptura
dicens: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed

*Vltatissima
vulgo daretur
ca rebellionis
excusatio.*

*# in Ethiopia.
uel Marcum*

*Psalm: 118.
2. Pet: 2*

C;

non

non vt lex tua, & vt Apostolus ait: Superbia nouitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersati, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis, etc.

Quo sit, vt non tanquam legitimi propagandæ Orthodoxæ Religionis successores, sed ex diametro, veluti manifesti, & ipso facto declaratissimi potius, contra expressam Apostolicæ, tot seculis continuatæ Ecclesiæ iurisdictionem, pariter & authoritatem, propria temeritate insurgentes, in reprobum sensum traditi præuicatores, non Christi saluatoris salutaria edicta, sed exitiosa potius generi humano, sui proprii spiritus, sectantur conficta. Quo quemadmodum vana vident, ita Propheta teste, mendacia quoque annuntiant, dicentes: ait Dominus, quum non Domini, (sensum enim non literam intellexeris velim) sed suummet ipsorum peculiare annuntient verbum, suum virulentum euoment affectum, suæ inquam obstinatissimæ peruicaciæ, nunquam antea tot seculis, ab aliquo orthodoxæ religionis zelatore usurpatam, tantum abest à catholica Ecclesia, vllis vnquam loco vel tempore, aut receptam,

Rom: cap. 1,
2. Timot. 3.

Ezech. 13.

ptam, aut approbatam doctrinam, verius dixeris
Euangelicæ veritatis corruptelam, & ipsimet mor-
dicus tenent, & alios infinitos, (verbis licet domi-
ni, veritatem interdum placide assumentes, contra
dominica nihilominus præcepta, hæreticam oui-
no vellere palliatam, perpetuo peruicacissime infe-
rentes prauitatem. Et sic speciem quidem, prout
Apostolus inquit, pietatis habentes, virtutem au- 2. Timoth. 3.
tem eius abnegantes, erroremq; demum suum,
(id quod perpetuo omnium alias hæreticorum,
peculiare fuit) præposteris sacrae scripturae testi-
monijs, mordicus tuentes, (hoc est, verbis ipsius
legis, eandemmet impugnantes legem) in inex-
tricabiles diuersorum confusionum labyrinthos,
tam oppido in præceptis agunt, vt ne decimus qui-
dem quisq;, eiusdem sentinae, quidnam tandem
credere, in cuiusue tot fanaticorum spirituum sen-
tentiam, pedibus ire velit, certo constituere possit:
verum hodie Lutheranam, cras statim Czvvina-
glianam, tandem aut Schvvengkfeldianam, aut
Caluinianam, Picardianam, & id genus, abomi-
nandas hæresum sectantur factiones. Paulo post
nec hanc in specie, nec illam, quin potius, dum illi
tanquam degeneres filij, temere, ex odio, ex inui-
dia,

*Hæresum prin-
cipales causæ.*

dia, ex fastu, ex superbia, ex incorrecta peruitia,
 in summa nemini sacrae scripturae interpretum
 deferentes, (quinimmo extremo potius errore,
 turpissime corrumpi, quam pertinaciae suae calcu-
 lum reducendo, veraeque & indubitatae vniuersalis
 ecclesiae fidei, decretis subscribendo, iusto veritatis
 tenore, modeste saltem corrigi deligentes) sed ad
 imitationem auctoris factionis suae, similitudi-
 nem Dei altissimi, sibi superbissime arrogantis,
 potius, somnia sua totius mundi constitutionibus,
 contentiosissime anteponentes, ab auitis sancto-
 rum patrum institutis recedentes, in consilioque im-
 piorum porro abeuntes, recens quæsitæ, alias atque
 alias, eousque & vias peccatorum vestigijs suis tere-
 re, & cathedras pestilentiae non supersederent con-
 scendere, poculaque fellis, sub dulcedine mellis pro-
 pinantes, hoc est in cortice, & in superficie oratio-
 nis, & doctrinae suae, salutiferum orthodoxae reli-
 gionis antidotum promittentes, in medulla vero,
 & in ipsa substantia sensus, lethiferum haereticae
 prauitatis virus administrantes, & dicentes: hic
 est Christus, ibi est Christus, donec toti quodam-
 modo caelesti militiae, funestum indixissent bellum,
 hy fluctantibus, immo abiectis potius interim
 animis

Luth: quippe in
 Act: suis VV it
 tem: Anno
 1522. excussis
 errorum suorum
 reuocationem in
 hac ex-
 tenuat uerba di-
 cens. Mea sum-
 per dubijs &
 indeterminatis
 reuocatio, quid
 faciat ignoro:
 nisi quod me-
 rito mihi obijci
 posse timeo. Me
 nec quid esse
 ruerim nec
 quid reuocauerim
 scire.
 Esa: 14.
 Psal: 1.

Matth: 14.
 Marci: 13.

animis, tot sibi indifferenter similium dogmatum,
 sandabatarum more, ysurpantes synagogas, in
 quot illi singulas diffluxissent sectas, (Luthero
 suo docente, & dicente: ybi ybi baptisma, & pa- Lib. de Antis-
 nem, & euangelium esse videris, quocunq; loco, christo.
 quibuscunq; personis, ibi Ecclesiam esse non dubi- Lutheri Eccle-
 taueris) tanta & illi contabescunt confusione, tanta sta.
 & illi, (omnem suscipientes deceptos euentum) vltro
 citroq; rapiuntur rabie, coq; progrediuntur amen-
 tia, vt nunquam se de cætero, aut commodius,
 aut feliccius, suos & fumos vendere, & impossu-
 ras collocare posse sperent, quam sicubi sub præ-
 textu cuiusdam vulgo gloriosæ, multum diuq;
 hætenus, contra tot oecumenica totius orbis con-
 cilia, arrogantissime, non saltem per ciuitates vel
 oppida, per vicos aut plateas, verum etiam indis-
 ferenter per popinas hinc inde & tabernas, in om-
 nibus suis concionibus, aliter atq; aliter, (in mo- Hæreticorum
 dum scilicet insurgentium, & subinde rursum de- doctrina tem-
 cidentium, fluctuum commotionum) conclama- pestatum pro-
 tæ reformationis suæ, seipsos nunc in hanc, nunc cellis compar-
 in illam, nusquam sibi constantem opinionem tor- ta.
 quentes, & tanquam hydræ caput amputantes,
 mutilato orationis sensu, turbatisq; indifferenter
 D rerum

Lib: aduersus
Cockleum
VVittemb:
Anno 1523.
excuso.

rerum pro re nata terminis, contra omnimodam,
(ipsomet eiusdem commentii authore, Luthero
testante, & ijs formalibus verbis dicente: nostra lo-
quendi ratio exigit dicere, sola fides iustificat, li-
cet scriptura tantum dicat: fides iustificat) to-
tius sacrae scripturae auctoritatem, solam infor-
mem, ne dicam insulsam plane ac fatuam, velut vo-
tum quodpiam sine operatione, omni christiana
charitatis fructu exortem, hoc est inutilem, &
omnino infidelem fiduciam, seu credulitatem po-
tius quandam, quam fidem. Quouis tandem alio,
tam amor, quam timori diuino praetulissent, vni-
cumque salutis suae scopum, asylumque reputassent,
dicentes, necnon contentiosissime astruentes: Ordio-
natione Christi, nullum esse peccatum, nisi incredu-
litatem, & nullam aliam esse iustitiam, praeter so-
lam vniuscuiusque propriam fidem, adeo quod nul-
li omnium hac in parte, vlla alia quaecumque, &
quantumuis maxima, vel suammetipsius, vel al-
terius cuiuscumque tandem, immo ne ipsiusmet Chri-
sti quidem, (non obstante etiam si ipse pro nobis,
& sanguinem suum fudisset, & mortem sustinuis-
set) vel fides vel merita, sed nec ipsamet miseri-
cordia Dei, ad aeternam conferre poterint salu-
tem, credas ergo duntaxat etiam si baptizatus non

Lib: in Ser-
de Ascensione
Christi, & in
Sermon: super
Dom: 12. post
Pentecost: nec

fuero

fueris, (quia fides sine baptismo iustificat, baptismo
autē nulla pars iustificationis tribui potest) saluus
nihilominus eris, quia credentibus nulla poenitus
quantumuis enormissima etiam, imputari possent
peccata aiunt. Adijcētes deniq; & dicentes: quod
voluntaria vnius cuiusq; morte, omnes in vniuer-
sum suæ soluerentur poene, etc. O infelicem tan-
tam & tam sacrilegam, inter Christianos hodie
securitatem, & ter execrandam, talem & tam
blasphemam, contra tot infinita sacrae vtriusq; te-
stamenti scripturae, testimonia, desperatorum ho-
minum temeritatem potius, quam credulitatem.
Quid enim Deum immortalem aliud dicere est?
solam & omni tam diuino quam humano suffra-
gio destitutam, fidem iustificare, credentibusq;
duntaxat, nullum omnino reatum, quaecunq; &
quantacunq; importare delicta: quam & scele-
ribus naturali etiam lege, vltro citroq; prohibitam,
ex industria aperire, & virtutibus, tam diuino
quam humano iure debitam, contra fas & æ-
quum, præcludere viam: quinimmo omnib; porro
sacramentis Dei, virtutem abrogare, indeq; astrue-
re, humanam ex propria vniuscuiusq; potius vo-
luntate, (nemo enim inuitus credit) quam ex di-

non lib: de An-
tichristo.

Luth: lib: res-
solutionum suar-
um ad Leonem
X.

uina quacunq; demum authoritate condependere
iustificationem & quum tamen ex totius Catholicae
& apostolicae Ecclesiae: tot innumerabilium mar-
tyrum Christi, morte & sanguine consecrata, (vt
non dicam hic de infinitis, super eo sacrae scripturae
testimonijs) liquido constet doctrina, nos sine
Osca 13. speciali gratia Dei, hoc est sine praeueniente spiritus
Con: Trid: de sancti inspiratione, pro conferenda nobis iustifi-
iustificationis
Cam: 3. cationis gratia, ne credere quidem, pro eo atq; par-
foret, ne dum credita vel sperare, vel diligere pos-
se, (tantum abest vt dignos porro aliquos poeni-
tentiae facere possemus fructus) apostolo testante,
& dicente: Non quod sufficientes simus, cogitare
2. Cor: 3. aliquid a nobis: quasi ex nobis, sed sufficientia no-
stra ex Deo est, id quod & Dominus ipse, apud
Ioan: 15. Ioannem ait, inquit: Sine me nihil potestis facere,
longe minus ergo, sola fide iustificari. Quisue quae-
so nisi plane atheos, negauerit: eam perpetuo com-
munionis sanctorum, vim & dynamim fuisse, vt
in ipsa, non saltem tam viui quam mortui, viuo-
rum, sed & viui saepenumero, mortuorum etiam,
patrocinio seruati fuerint. Nam vt non dicam hic,
de multiplicibus veteris testamenti, pro aliorum
salute, ad Deum opti max: intercessoribus, hinc
Abraham,

Abraham, Moysen, Aaron, Samuel, Eliseum, *Gene: 20.*
 (cuius de mortui etiam ossium contactus, mortuos
 suscitauit.) Iudit, Esdre, Esayam, Hieremiam,
 (de quo sacra testatur scriptura, dicens: quod post *Exod: 32.*
 pia etiam fata, non saltem pro populo, & vniuer-
 sa sancta ciuitate, plurimum orasset, sed & contra
 potentissimos hostes, ipsis à Deo optime max: stu-
 pendam victoriam impetrasset, & id genus) nec *Leuit: 12.*
 non Daud, propter quem etiam mortuum tan- *Deut: 9.*
 dem, & Salomon post lapsum quoq; suum, in *Num: 11. 12.*
 regno suo continuatus, & Hierusalem cum vni- *1. Reg: 4. 6. 11.*
 uerso populo Israel, ab hostibus saepenumero li- *15. 19.*
 berata, & defensa fuerat, saltem si teipsum ad ipsa- *2. Iudit: 7.*
 met tandem, Christi saluatoris nostri, tot miracu- *3. Esaiæ 37.*
 losa facta, & opera conuertas, quot non ò bone *2. Mach: 12. 15.*
 Deus, ipse ad aliorum tum intercessionem, tum *Matth: 9.*
 fidem, & mortuos suscitauerit, & languidos cu- *Marc: 2. 5.*
 rauerit: Quod cum omni exceptione verius sit, *Lucæ 5.*
 ita & quotidiano sacrosanctæ catholicæ & apo- *Ioan: 4. 5.*
 stolicæ Ecclesiæ, in vniuerso mundo, omni am-
 biguitate remota, ratificatur vsu, vbi non dubita-
 mus, toties aliorum tam fidei, quam alijs suffra-
 gis, ipsammet æternam etiam concedere salutem,
 quoties sacrum recens natis infantibus, regenera-
 tionis

D;

tionis lauacrum administramus. Quibus nihilominus non obstantibus, pergunt tales isti nouatores, eadem ipsa temeritate, qua ipsimet in manifesto vno extremorum constituti sunt, docentes, solam & sine operibus iustificare fidem, & catholicam Ecclesiam (eandem in altero pariter extremorum reputantes) falso, & contra omnem veritatem insimulare, quasi & ipsa quoque doceret, solis sine fide operibus, homines iustificari, indeque tali & tam plusquam impia calumnia sua rati, nihil omnino intentatum relinquunt, quo minus infuso Epicurialis luxuriæ æstu, ingenuarum disseminassent diuortia virtutum, hoc est, non saltem ea ipsa demum, quæ ante tot secula, intemeratus ille, & extra omnem humanam aleam positus, orthodoxæ religionis, in laudem & gloriam, multis formis gratiæ Dei, sanctorum nunc patriarcharum, nunc Prophetarum, nunc Apostolorum, iam tam Martyrum, quam Confessorum, tanquam legitimorum cærimoniarum Dei magistrorum, partim exemplis, partim documentis, iuxta præceptum Domini, dicentis: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi, (vt pote quidnam tandem in vniuersa vita humana, vel vitari, vel imitari potius expediat, sicquidum

Calumnia est
dicere, catholicam
Ecclesiam
solis & sine fide
operibus iustificationis
gratiam tribuere.

Legitimum cærimoniarum
Dei magistrorum.
Deut: 32.

dum & nos ex ipsis, & alij proficiant ex nobis,
Deus demū ipse Opt:Max: in Ecclesia sua sancta,
indefessis electora suorū, subinde magis ac magis,
laudibus celebraretur) introduxisset zelus. Hinc so-
brietatis, castitatis, deuotionis, abstinentiæ, humi-
litate, obedientiæ, patientiæ, voluntariæ inquam,
tum compunctionis, tum afflictionis iugum, his
adde ea ipsa, quæ Apostolus passionum Christi, in
sua, siue in omnium potius sui similium, deesse dixit
carne, vulgo in controuersiam vocassent, eleua-
sent, & mille diris deuouissent, sed & in ipsosmet
etiam, tam passiuos, quam actiuos, eorundem au-
thores, nullam vel loci, vel temporis prætermi-
tentes occasionem, & culicem collantes, & camel-
lum deglutientes, immo, ipsissima ex professo
supprimentes veritatem, apertissimisque mendacijs,
(Propheta testante, & dicente: Posuimus menda-
cium spem nostram, & mendacio protecti sumus)
factioni suæ vulgo authoritatem aucupantes,
quiduis odiosum, quiduis tam enorme quam fla-
gitiosum, tum sacrilega intentione calumniolosissime
confinxissent, tum truculento conatu effutiuis-
sent, prout est vnum illud, inter infinita alia, ipsius ef-
frænatae impudentiæ, quouis spadone, libidinosis

Colocen: 1.

Heretici ca-
lumniatores.

Esaiæ 25.

els apotitæ Lutheri, qui inter alia blasphemias
 suæ conuitia, Ecclesiasticarum per castitatem, &
 continentiam, nihil aliud quam meram hypocri-
 sim, & fucum Satanicum esse astruit, asserens porro
 & dicens, continentiam ipsam, contra expressum
 institutum Dei esse, adeo quod nec Christus Do-
 minus, ex virgine nasci delegisset, si alias ex Ma-
 trimonio nasci potuisset, eo quia virginitas ipsa
 inquit, & naturæ contraria esset, & decalogi olim
 præcepto damnata fuisset, etc. Et hoc impossor
 ille, non eo ipso sine, vt venerabili sacramento ma-
 trimonij, (contra quod ipsemet suis iam pridem
 scriptis, mille dictu horrendos, & incestus & adul-
 teria, vulgo libere permittens, promulgauit) de-
 bitum honorem deferet, sed vt tanquam criminum
 hac in parte æmulus suorum suummet, (monachus
 ex moniali liberos procreans, horrendoq; hac in
 parte sacrilegio, Christi sponsæ adulter factus)
 proprium stupri scelus dissimulare, & abominan-
 dum talem incestum, honesto coniugij nomine ob-
 tegere cupiens, studia virtutum multaret, præ-
 textu quidem, quo fecunditatem laudibus cele-
 braret, intentione vero, qua propositum castitatis
 aboleret, id quod ipsemet alibi haud obscure, ijs
 expressis

Lib: cont: falso
 nominatum or-
 dinem Episco-
 porum.

Luth: lib: suo
 Titulo, quod
 Christus Nati-
 uitate Indeus
 esset, VVitt:
 3523. & lib.
 Declamatio-
 num suarum
 super decimum
 decalogi præ-
 ceptum fol: 433

Lutheri matri-
 monium,

expressis testatur verbis, dicens, quod legitimam
etiam, maritali nolentem indulgere libidini, vx-
orem, publicus aut cogere, aut omnino è medio
tollere deberet Magistratus, adijciens deniq;
quod omnes tam Monachi, quam moniales, tan-
tundem sua castitate, & ordine Deo placere non
possent, (ò cæcum pectus, & quibusuis cime-
rijs tenebris atriolem mentem, sed ò sacrilegum
os, & impudentissimum tam turpissimi potius
ganei lenonem, quam verbi Diuini præconem)
quantum vnicum saltem aliquod, ex fornicatione
pariens scortum, quia præstat inquit, manifestum
lenonem, aut latronem, quam papisticum sacer-
dotem fieri, etc. Et sic porro, & impie, & abomi-
nabiliter de alijs humanarum virtutum officijs,
quam plurima, dicens & affirmans, Evangelium
ferre non posse, vt de quantumuis optimis etiam
operibus prædicaretur. Quia nihil omnino age-
re possemus, in quo non peccaremus ait. O de-
speratam Religionem, & ter infœlicem infernali
potius compensatione, quam euangelica prædica-
tione dignam doctrinam, quam & catholica per-
petuo anathematizauit Ecclesia, & Apostolica ex
diametro, falsitatis arguit sententia, dicens: Fra-

In lib: Dom
Helichen
leben VVit-
temb: Anno
Christi 1522
excuso.

Lutb: de abro-
ganda missa,

DE

tres,

tres, satagite vt per bona opera, certam vestram
 vocationem, & electionem faciatis, hæc enim fa-
 cientes non peccabitis aliquando, sic enim abun-
 dantly ministrabitur vobis, introitus in æternum
 regnum Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, etc.
 Quid ergo dicis Luthere? quid ad ea respondis
 hæretice? nunquid Apostolum Christi potius er-
 rasse, & te verum euangelij sensum elucidasse dixe-
 ris? vel è contra? sed reuera nec Apostolum er-
 rasse, nec te vera hac in parte docuisse probaueris
 vnquam. Agedum ergo quandoquidem in om-
 nibus conatibus pro re nata tuis, nihil nisi Euan-
 gelium Euangelium iactabundus, nihilq; non
 audens prætendis, & in effectu parum aut nihil,
 euangelica fide dignum probas, cedo dic sodes,
 cuiusnam tandem, non saltem euangelistarum, sed
 & patriarcharum, & prophetarum, sed omnium
 Christi Apostolorum, martyrum, aut confesso-
 rum, quin & totius sacræ vtriusq; testamenti pa-
 ginæ, dictisue scriptisue, pro eo atq; allegas pro-
 babis, testatumq; facies? quod vel sacrosanctum
 baptismatis sacramentum, necessario ad æternam
 non requireretur salutem, aut quod bonorum
 Christianæ charitatis exercitio operum, plus de-
 mereremur,

mereremur, quam mereamur. Item quod nulla
 alia, præter solam fidem esset iustitia, nullumq[ue]
 peccatum damnationem importaret, præter so-
 lam incredulitatem, & id genus. Sed dices fortas-
 se, te ad hoc ipsum minime obligari, & te huma-
 num hac in parte, sulq[ue] deq[ue] ferre iudicium, im-
 mo tibi ipsi omnino constare velle, quia (menda-
 cem enim oportet esse memorem,) tua iam pri-
 dem, pro te firma staret sententia, eo quoniam
 nec ab hominibus, nec per hominem, tuam te ha-
 bere diceres doctrinam, astruens porro & affir-
 mans, quod penes temetipsum, (sus mineruam
 scilicet,) & nequaquam penes concilia, pontifices,
 patres vel doctores esset, ius de doctrinis cogno-
 scendi, iudicandi, seu probandi, ob id tanquam
 nouus quidam, iuxta apostolicum vaticinium, haud
 dubie, pro ijs nouissimis temporibus, legislator,
 tua noua, velut Saul inter prophetas, perfunctus
 vocatione, noua, tui nescio cuiusmodi, noua Dog-
 mata panderes Dei, nouus Euangelista, nouum
 doceres Euangelium, & per consequens, non il-
 lud ipsum quod dicit: Nisi quis renatus fuerit, ex
 aqua & spiritu, non potest intrare in regnum
 Dei. nec illud quod dicit: Euntes docete omnes
 gentes,

Luth: in sermone
 ne de Ascensione
 ne Christi.

lib. cont. Re-
 gem Anglie.

2. Thes. 2.

Ioan. 3.

Matth: 18: gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij,
& spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæ

Matth: 19. cunq; mandavi vobis. Neq; illud quod dicit, si
vis ad vitam ingredi, serva mandata. Sed nec il-
lud quod dicit. Si quis vult me sequi, abneget se-
metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Marci: 8.

Marci 12.

Item nec illud quod dicit: Peccatum & blasphem-
ia, in spiritum sanctum, neq; hic, neq; in futuro

remittetur. Neq; illud deniq; quod dicit: date elee-
mosynam, & ecce omnia munda vobis. Nec il-

Luce 11.

lum forsan recte sensisse dixeris, qui ait: Miseri-

Psal: 102: 118: cordia domini ab æterno, & vsq; in æternum, super
timentes eum, & iustitia illius, in filios filiorum,

hjs qui servant testamentum eius, & memores

mandatorum ipsius, ad faciendum ea. Et ite-

rum: Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificati-

ones tuas in æternum, propter retributionem, id

quod pluribus passim in effectu, sacræ scripturæ

clarum redditur exemplis, cum dicat, Ioseph in

tempore angustia suæ custodiuit mandatum, &

factus est dominus Aegypti. Phinees zelando

zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni.

Dauid in sua misericordia, consequutus est sedem

regni in secula. Elias dum zelat zelum Dei, re-

ceptus

*¶ Quia nimirum
elemosyna ipse
prout Angelorum
proditum cessavit
Thob: monio non sal-
tem peccata
purgat, sed et
a morte liberat
et vitam ope-
ratur æternam.*

¶ Matth: 2:

ceptus est in cælum. Et sic consequenter in infinitum, sed nec tibi dubio procul, curæ est, quidnam tandem doctor ille gentium, & vas electionis (vt de alijs in præsentiarum nihil dicam.) Paulus, in hæc verba testetur, dicens: Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Non inquam hæc vel id genus alia, nobis diuino demandata præconio, sed ijs omnino contraria, & non nisi in tuometipsum potius, O Hæretice peruerso corde nata, tuum tale intonat, vt ita dicam Pseudoeuangelion. Tui hæc in parte authoris, & doctoris antichristi, abominanda vltro citroq; concrepat doctrina, qua tu gulosum quondam illum, AEsopicum hæc in parte imitari videris canem, vt quemadmodum ille, vanæ cuiusdam magnitudine illectus vmbrae, vberem è dentibus suis, carniū elisisset prædam, nec tandem illa potiri, nec hanc recuperare valens, proctinus & optata spe, & quælitâ frustratus fortuna, denuo ad rodenda, iam pridem depasta, coactus est redire ossa: ita posteaquam & tu, tuo nescio quam temerario, immo sacrilego penitus ausu, non saltem contra tam diuina, quam humana iura, leges & statuta, ipsam ordinariam hæc in parte: Catholicæ Ecclesiæ, infringere contendis politiam,

E;

sed

Luth: lib: suo
cont: Cockleym

Rom: 3:

sed & contra euidentissima totius sacrae scripturae
testimonia, vniuersum propemodum mundum,
pro perdenda potius, quam acquirenda aeterna sa-
lute (non obstantibus in oppositum, quibuscunq;
vel Theologicis, vel moralibus virtutibus,) ad
tua solius, cum vana, tum impia, velut ad quan-
dam in pariete pictam nebulam, remittere satagis
somnia, vera quidem Apostoli Christi verba as-
sumendo, & dicendo: Arbitramur hominem iusti-
ficari ex fide, sine operibus legis. Falsa tamen eue-
stigio, non saltem contra expressam eiusdemmet
Apostoli mentem, sed & contra legitimam, etiam
ratiocinandi normam, nedum non legem à lege,
sed ne opera quidem ipsa, ab operibus distinguen-
do, necnon ineptissime (habitum puta ipsum, suo
formali actu exspolians, & tanquam inanes tan-
dem culmos excutiens,) in hæc verba inferendo,
ergo sola fides iustificat, facile te ipso facto, nec ve-
ram fidem colere, nec alijs quibuscunq; tandem,
iustificationis meritis gaudere posse conuinceris, &
licet omni ambiguitate remota, hoc ipsum verum
sit, quid fides ipsa humanæ fundamentum existat
salutis, illud tamen omnino falsum est, quod pro-
pter ea, aliqua sola immediate iustificaret fides, eo-
demmet

demmet ipso Apostolo testante, & h̄s formalibus
verbis asserente, quod non auditores, sed factores Rom: 2
potius legis, iustificarentur, id quod porro, cum
ex omnibus passim, eiusdem Apostoli id genus
scriptis, tum vel maxime, ex ipsius ad Hæbreos
scribentis, & fidem ipsam deffinientis, doctrina
constat, cum dicat: Fides est sperandarum substan-
tia rerum, argumentum non apparentium, etc.
Nota rerum sperandarum argumentum non ap-
parentium dixit, vt dum fidem deffiniri audis, ip-
sam per suum proprium actum, pariter & ob-
iectum, deffinitam esse intelligas, quanto magis,
cum ad Romanos scribens, (tantum abest vt dice- Rom: 8: 13
ret, nos sola fide iustificari,) manifeste dicat: Nos
spe, saluos factos esse, & paulo post: Plenitudo
legis, est dilectio ipsa ait. item & ad Corintheos,
pro re nata differens, & se finaliter super omnibus 1 Cor: 13
ipsis tribus, tanquam primis & potissimis Theolo-
gicis virtutibus, coniunctim resoluens, dicat: nunc
autem manet, Fides, Spes, Charitas, horum au-
tem maior est Charitas. etc. Vnde fit, quod in
Catholica Ecclesia, ita iugi deuotione compara-
tum sit, & antiqua iam olim, Christi fidelium con-
suetudo obtinuit, vt orantes dicamus: Omnipotens
sempia

Col: 3:

Esais 66:

Parab: sal:
sap: 16:

Psal: 138:

sempiternæ Deus, da nobis fidei, spei, & Charita-
tis augmentum, & vt mereamur assequi quod pro-
mittis, fac nos amare quod præcipis, etc. Deus
liquidem opt. max. impossibilia non iubet, sed
iubendo monet, & facere quod possumus, & pete-
re quod non possumus, vt & petentes exaudiat, &
impotentes adiuuet. Nam etiam si, nihil impossi-
bile sit illi, non suam tamen ipse potentiam, sed no-
stram potius, in nobis requirit obedientiam, di-
cens: Ad quem autem respiciam, nisi ad pauper-
culum, & contritum spiritu, & timentem ser-
mones meos? Tantum ergo abest, vt secundum
tuam sententiam, immediate sola, & sine omnibus
bonis operibus, Deo placeremus fide, sed & ma-
nifesto potius, tanquam & inobedientes, & ingra-
ti, odio illi sumus, sacra id ipsum scriptura testante,
& dicente: Abominatio Domini est, omnis arro-
gans, etiam si manus ad manum fuerit, non est
innocens tamen. Quare? quia dictum est: Incre-
pasti superbos, maledicti qui declinant à manda-
tis tuis, & iterum: spreuisti discedentes à iudicijs tu-
is, quia (vide ergo, vtrum sola fides iustificet, nec
ne,) iniusta est cogitatio eorum. Immo vt clarius
id ipsum quod intendit ostendat, ait: Præuari-
cantes

cantes (posito etiamsi credant, puta) reputaui
omnes peccatores terræ. Idem item, & in alio lo-
co: Iurauit dominus Deus, in anima sua, dicit do- Amos: 6.
minus Deus exercituum, detestor ego superbiam
Iacob, & domos eius odi. & alibi: Quod si nolue- Leuit: 26.
ritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex ad-
uerso mihi, inquit, ego quoq; contra vos, aduersus
incedam, & percutiam vos septies, propter pecca-
ta vestra, inducamq; super vos gladium, ultorem
foederis mei. Quocirca & Apostolus ait: tribula- Rom: 2.
tio & angustia, in omnem animam hominis ope-
rantis malum, etc. Et hoc quidem Apostolus de
omnibus communiter in genere hominibus, quan-
to magis autem, cum ipsemet Dominus, apud
Euangelistam, de solis credentibus in specie, dicat:
Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & Matth: 23.
non se præparauit, & non fecit secundum volun-
tatem Domini sui, vapulabit multis. Nam si non
venissem, & locutus fuisset eis ait, peccatum non
haberent. Quinimmo Tyro & Sydoni, (licet in- Ioan: 15.
credulis puta, & diuinæ legis præcepta omnino
ignorantibus) in die iudicij, longe remissius erit
inquit, quam ipsis legis peritis, ac Phariseis, quan-
tumuis magnifice, legis scientiam iactantibus: præ-

Rom: 2.

Tit: cap: 1.

2. Pet: 2.

repta tamen eius negligentibus, vel vt D. Paulus ait: in lege gloriantibus, & per præuaricationem legis, Deum inhonorantibus, hoc est, prout idem ipse, in alio loco inquit: Deum se nosse confidentibus, factis autem negantibus, & melius prout D. Petrus ait: illis erat, non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti, ab eo quod illis traditum est, sancto mandato. Eapropter haud dubie, quia tum ingratitudo, tum inobedientia, perniciosissimi, & diuinæ gratiæ hostes, & humanæ inimici essent salutis: vt ex quibus omnium primum, perpetua quondam, tam angelorum, quam prothoplastorum ruina procelset. **N**ec ob id tamen, fidem ipsam intra mensuram legis inclusum iri velimus, sed idcirco saltem paulo prolixius pro re nata differimus, vt ostendamus, Apostolum Christi, hoc loci sicut non de omni, ita nec de aliqua solitarie sola, fide differuisse, sed de illa duntaxat ipsa, quam ipse in ipsamet sua essentiali forma, contemplans, & inexhaustum illum, christianæ charitatis thesaurum, in eadem conspiciens, ait: Arbitramur hominem ex fide, sine operibus legis iustificari, etc. Vt sic nostram propriam potius, ostenderet infirmitatem, quam legis

legis aliquam accusaret indignitatem. sed nec pro-
pter ea, quia comparatione Moſaycæ legis, tan-
quam infirmioris, Euangelicam legem, fide ſine
operibus legis iuſtificari, etc. Reputaueris ipſum,
de iſta tua inertī, nauci, ſterili, & informi plane,
(quam in alio loco: & ipſemetidem Apoſtolus,
inanem, & Iacobus mortuam nuncupant. Nos
autem eandem, ab ipſo met ſine, præſumptionem
potius quandam, quam fidem, dici poſſe autuma-
mus,) tanquam oſcitantī, ſed de abſolute vera, &
iuſtificante, vt cuius laus, non in vana, & ſuperba
quapiam præſumptione, ſed in ipſamet indefeſſa,
chriſtianæ charitatis aſſione, conſiſtit, ſolicitum fu-
iſſe, maxime poſteaquam ipſemet alibi expreſſe
dicat: in Chriſto Ieſu neq; circumciſionem aliquid
valere, neq; præputium, ſed fidem quæ per chari-
tatem operatur, id quod & in maximo Abraham
quondam illo, filium ſuum in holocauſtum obla-
turo, ſacra identidem iam olim manifeſte decla-
rauit ſcriptura, ad quem Dominus licet iam cre-
dentem, non dixit quia credidiſti, ſed potius quia
præceptis meis paruīſti, hoc eſt quia me mandante
vnigenito filio tuo non pepercīſti: benedicam tibi,
& multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, &

*¶ cum quadam
amplificatione
commendat dicens*

*J. Cor. 13.
Iacob: 2.*

Gal: 5.

Gen. 22.

velut arcam quæ est in litore maris, etc. Hinc
 est quod idem ipse Apostolus, ad Corinthios porro
 scribens, in summa pro re nata, serio (prout præ-
 misimus) resolutus dicat: si haberem inquit om-
 nem fidem, ita ut montes transferem, charitatem
 autem non habuero, nihil sum. Vnde & ad Phi-
 lippenses scribens ait: Vobis est donatum inquit,
 pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut
 etiam pro illo patiamini, etc. Id quod porro, ex
 speciali ipsiusmet saluatoris nostri Christi doctri-
 na, liquido constat. Qui cum nobis, & suæ omni-
 modæ paternæ in nos voluntatis, exequutionem,
 & nostræ inde consequendæ salutis præscriberet
 iustificationem, protinus, nobis (si alias securi esse
 velimus) non saltem sine intermissione, omnino
 & orandum, & vigilandum mandat: verum eti-
 am, in maiorem cautelam, quid aut quomodo,
 tum orare, tum vigilare oporteat, diligentissime
 inculcat, addens & dicens: Nisi penitentiam ha-
 bueritis, omnes peribitis, quia non omnis inquit,
 qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in reg-
 num cælorum, sed qui facit voluntatem patris
 mei cælestis, etc. & vnde hoc? nisi ea propter dun-
 taxat, quia regnum cælorum vim patitur, & vi-
 olenti

1 Cor: 13:

Phil: 1.

Matth: 6: al: 25:

Mar: 13:

Luc: 21:

1 Cor: 16:

1 Tes: 5:

1 Pet: 4:

Luc: 13:

Matth: 23:

olenti rapiunt illud ait. Quippe etiam si commu-
nis sit, diuinæ fructus clementiæ, distinctus est ta-
men ordo ipse meritorum, iuxta illud Iob dicen-
tis: Dominus Deus, opus hominis reddet ei, &
iuxta vias singulorum, restituet, etc. Quinimmo,
tanta, & tam benigna est, ipsa bonitas & pietas al-
tissimi, quod eadem etiam ipsa, quæ sunt absolutæ
ipsiusmet erga nos gratuita dona, vigilantium &
conantium, cupiat esse merita. Nam quemad-
modum in culpam incidisse naturæ est, ita D.
Ambrosio teste, virtutis deesse erit, quocirca vio-
lenti rapiunt illud, ait, non autem vel socordes,
vel ignavi, multo minus pertinaces, & proterui,
aut id genus incorrigibiles, & obstinati, qui nihil
nisi alba amulsi, metientes, priusquam in religi-
onis pro re nata negotio, sanctissimo illi, & omni
exceptione maiore, Catholicæ necnon Apostolicæ
Ecclesiæ, (ea quæ par foret reuerentia) senatui,
subscribere, indeq; cælestibus inconcussis, se confor-
mare voluissent disciplinis, protinus in sua Hære-
tica mordicus tuenda, obfirmati contumacia, ne
Deo quidem optimo Maximo sua virulenta par-
cere possunt lingua, dicentes: Circumcisionem do-
cere, (o execrandam audaciam, & omni æuo de-

Iob: 34r

Amb: in Apok
David:

Luth: in Do-
mest: sua Possi-
la Gen: impres-
sa fol: 57: et
59: sub finem.

F 3 testandam

Luth: lib: Dom
Pblichen le.
ben vVitemb.
1522.

testandam blasphemiam,) quam stulte Deus ipse,
negotium suum homines adiuturus, orditus sit,
adeo quod si ratione iudicandum sit, tale quoddam
fædus instituit aiunt quo, nihil stultos excogitari
possit, adijcientes, & dicentes: Deum à Diabolo
etiam, solertia superatum fuisse.

Luth: Super 5
Decalogi Prae-
septum.

Adde, ne quippiam omisisse viderentur, quo
minus tantæ, & tam gloriosæ credulitatis
suæ, ipsummet demum formale, testatum face-
rent fundamentum, pergunt porro, nec astruere
verentur, dicentes: Deum ab hominibus impossi-
bilia exigere, & Moysen tum peccati, tum mortis,
ministrum fuisse, legisq; Mosaycæ officium, mor-
tis, & damnationis officium esse, & nequaquam
Christi muneris fuisse, vt ipse legis Mosaycæ, præ-
cepta doceret, (prout in Euangelio, præter suum
ordinarium officium fecisset, inquit,) verum
potius, vt ipsammet legem totam damnare, abro-
gare, & tanquam perniciosissimum humani ge-
neris hostem, funditus, & destruere, & delere de-
buisset, etc. Quum tamen ipse, de semetipso Do-
minus, (vt plura in præsentiarum, super eo, bre-
uitatis causa, de poenitentia, deq; seruandis in ge-
nere mandatis Dei, sacræ scripturæ, contra laruas
istas,

Luth: Tom: 1
super Epistolam
Pauli ad Gal:
cap: 3: & 4.

illas, recensere supersedeam loca, ne nimirum, dum
illi cornicum oculos configere conentur, nos inte-
rim aquam, in mari quæsiuisse dicamur, (apud
Euangelistam, oppositum de simplici & plano,
testetur, dicens: Non veni soluere legem, sed ad-
implere. Diabolicæ ergo suggestionis potius, quã ^{Math: 5:}
orthodoxæ professionis erit, Christum saluato-
rem, in ordinem redigere, ipsiq; ad implendæ le-
gis diuinæ, modum vel normam, certis terminis
limitatam, præscribere, & rabularum istorum mo-
re, de solo duntaxat fine, & nequaquam de his ipsis
potius, quæ sunt ad finem, consultando, confusis
sacræ scripturæ terminis, temere effutire, & dice-
re, quod ipse vel hoc vel illud, siue docendo, siue
ieiunando, orando, plorando, vel moriendo fecis-
set, in quo non, & diuinam legem adimpleisset, & ^{Gal: 4:}
salutariæ veræ fidei, exempla, fidelibus suis reli-
quisset.

Frustra tamen, per Dei gratiam, talia isti, fru-
stra profecto, illam demum canino conantur,
rodere politiam dente, quam sacra vtriusq; Instru-
menti, per expressum, eo tandem, & priuilegio de-
coratam, & dignitate sublimatam, testatur pagi-
na, vt eandem omnibus facile, aduersarijs suis, in

Pfal: 138:

Math: 16:

Eisae 51.

Luce 10.

*Cathedra Pe-
tri dignitas, &
quantitas.*

genere, tremendam potius, quam carpendam con-
stitueret, dicens: Mihi autem nimis honorati sunt,
amici tui Deus, nimis confortatus est principatus
eorum, vt aduersus quem, ne inferorum quidem,
præualere poterint portæ, vnde & per Esaiam
ait: Nolite timere opprobrium hominum, & blas-
phemias eorum ne metuatis, sicut enim vestimen-
tum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic de-
uorabit eos tineæ, salus autem mea in sempiternum
erit, & iustitia mea non deficiet. Hinc porro est,
cur & ipsemet saluator noster, apud Lucam dicat:
Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me sper-
nit. Oleum inquam & operam, impie Hæreticæ
perdis, dum atrocius illi ter maximæ Cathedræ
insidiaris Petri, vt cuius dignitas, (Alijs cætero-
rum Apostolorum omnibus, deficientibus,) ne in
indigno quidem, hærede deficiat. Defecit liqui-
dem Hierosolima, cui Iacobus. Defecit Achaia,
cui Andreas. Defecit Asia, cui Ioannes. Defecit
India, cui Thomas. Defecit Persia, cui Iudas. De-
fecit AÆtiopia, cui Matheus. Defecit Phrygia, cui
Philippus. Defecit Græcia, cui Paulus. Defece-
runt & aliæ quamplures, quibus Apostoli ipsi, &
Apostolorum præsuere successores. Quippe ori-
entalibus

entalibus Patriarchatibus, & Hierosolimitano Eua- Oriente: Patria
archatus.
tychius, Irrenus, Hilarius, Ariani. Et Antioche-
no: Paulus Samosatensis Hæresiarcha: Petrus
Gnaphæus Eutychanus: Macharius Monthelita.
Alexandrino autem: Georgius & Lucius, Ari-
ani. Discorius Eutychanus, Cyrus Monthelita.
Constantinopolitano porro, Macedonius, Nesto-
rius, Sergius, Hæresiarchæ. & id genus pleriq,
pseudo præfuerunt Patriarchæ. Sola aut Romana, cui
omnium primus & primas Apostolorum, præfuit
Petrus, sine perfidia, sibi tot seculis, singulari Dei
beneficio, constat Ecclesia. Adeo ut omni ambigui-
tate remota, illud ipsum, quod Christus Petro
aliquando dixerat, asserens, quod pro ipso oras-
set, ut non saltem non deficeret fides sua, sed & ut Luc. 22
ipsemet aliquando conuersus, confirmaret fratres
suos, sibi per expressum, competere videas. Et
quemadmodum ipsam, optimo suo iure, vniuersa
iam olim, Christiana monarchia, totius Christia-
næ politiæ, principem recognouit, ita vel maxi-
me, hæc nostra ceterior Europa, eandem secun-
dum Deum, solam ut plurimum, veræ necnon
orthodoxæ religionis suæ, authorem, & magi-
strum, perpetuo fuisse, in rei veritate nunquam
G negauerit.

*Romana Eccle-
sia Auctoritas
non est alicui
particulari lo-
co alligata.*

negauerit. Nam quidquid (vt non dicam hic, de
Italia, de Hispania, de Gallia, de Anglia, de Sco-
tia, de Nortuegia, deq; similibus,) in tota Ger-
mania, in tota Sarmatia, in tota Hungaria, in Bo-
hemia, in Croatia, vel Sclauonia, (vt vbi nullum
vnquam Apostolorum Christi, qui eo loci sacrum
propagasset Euangelium, in personali praesentia,
peruenisse constat,) Christianae olim deuotionis,
latriae, & Euangelicae legitimae professionis refub-
lit, hoc totum secundum Deum, Romanae Eccle-
siae, (vt cuius Auctoritas, non est alicui particula-
ri loco alligata, sed legitimo potius, Petri succe-
ssori, ob ordinarium suum officium, vniuersaliter
collata, (& eiusdem fidelibus sectatoribus, cum
primis, acceptum referre debemus. Hy namq;
ipsi, nec sine magnis miraculis, hos omnes popu-
los, regna, & prouincias, ex barbara illa, & ido-
lolatrica quondam perfidia, successiuis licet tem-
poribus, non minus salutaribus proprijs suis ex-
emplis, quam ordinarijs diuinæ legis imbuerunt
praecipis, imbutosq; in caulas Christi asseruerunt,)
adeo quod in contrarium, nullae vnquam quan-
tumuis exquisitissimae etiam, diabolicæ proficere
potuerint machinationes. Attollat licet etiamnum,
sæuis

sæuis ille emissus latebris coluber, perfidiæ caput,
& serpentinis euomat venena pectoribus, nulla ta-
men, id ipsum & de cætero, abrogare poterint,
stratagemata periculorum. Tantum abest, vt tu,
ipsi iam tandem, tuis hac in parte, dolo, fraude,
alijsq; id genus, calumniolosissimis insidijs, deroga-
re poteris quippiam, truculenta humanarum car-
nificina animarum. Tum quia, nullo crudelitatis
genere, sacramento crucis Christi fundata, destrui
potest religio. Tum quia Catholica Ecclesia, hæ-
reticorum insultibus, nequaquam deterior, sed il-
lustrior, sed sublimior, sed longe gloriosior, red-
ditur, nec minuitur persecutionibus, sed subinde
magis magisque, diuinis augetur benedictionibus.

Ioh. 21.

Luce 22.

ET quamquam illa tu, pro tuo in nostros ho-
stili, nec virtuti, nec religioni parcente affectu,
negare tamen sicut non debes, ita nec polys, Apo-
stolum Christi, suis iam olim seculis, suisq; ordina-
rijs muneris iure, te tuosq; in genere omnes, ve-
stris proprijs, ad vivum depinxisse coloribus, cum
dicat: Væ illis qui in viam kayn abierunt, & in
errore Baalam mercede effusi sunt, & in contra-
dictione Chore perierunt. Hjs sunt inquit, in epu-
lis suis, maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos
G 1 pascentes

Iudas Aposto-
lus.

pascentes. Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ. Fluctus ferinæ, despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum conseruata est, in æternum. Quia nimirum Paulo testante, vestro proptero proprio, hoc nomine, condemnati estis iudicio, adeo vt vos nunquam, quippiam verius vel docuisse, vel in omnem euentum, hac in parte constituisse, probaueris, quam sicubi talem vestrammet propriam doctrinam, de vobismetipsis factam, & pro vobis usurpatam astruxeris. Tantum siquidem abest, vt vobis in vestris terminis, vel aliquod honorum operum, vel cæremoniæ, aut quicumq; Diuinus tandem cultus, (saluis nihilominus interim, in toto, Catholicæ Ecclesiæ, in qua frigida etiam aquæ, in nomine discipuli saltem, oblati mercede gaudet calix, iugi & priuilegio & usu,) sed ne Sacramenta quidem ipsa, ad æternam conferunt salutem. Non obstante, etiamsi non desint plurimi vestrum, qui in sua præsumptione pertinacius etiam, sub Christiano nomine, alij seipsos perpetuo exilio damnandos, alij vero vndis prælocandos, alij item in rogam conijciendos, despiciunt, etc.

Nihil

Tit: cap: 3

Heretici vero
docent & quan
do.

Mat: 10

Nihil tamen eo magis efficiunt, quam quod & su-
ammetipsum obfirmatissimam hac in parte
contumaciam, produnt, & prout D. Augustinus *D. August. de
fide ad Patrum.*
inquit, tanto magis magisque, tam nefario ausu suo,
aliorum miseras decipiunt animas, ratio, quoniam
am prout bene dixit ille non poena, sed causa mar-
tyres facit. Vnde quemadmodum omnes indif-
ferenter illi, quos sublimis quondam arca Noe,
non conseruauit, tumescentibus subinde altissimis
aquarum procellis, perierunt, ita pari quoque occa-
sione, qui militantem Ecclesiam Christi, non re-
cognoscit, ne dicam, qui eandem vestro more, & *Matth. 23*
auerfatur, & repudiat matrem, is non meretur
triumphantem quoque Christum, usurpare patrem.
Væ itaque, iterumque væ, vobis idem ipsis, qui por-
ro os vestrum, lingua vestra transeunte in ter-
ra, in cælum ponentes, omnia vestra, in contenti-
one, in seditione, in præuaricatione, in insidijs, in
tumultibus, omnia in spolijs, nihil non in rapinis,
& sacrilegijs fundatis. Adeo ut priusquam diui-
næ etiam, in rebus humanis, (non est enim po-
testas, nisi à Deo,) parcere voluissetis ordinationi,
vosmetipsos haud obscure, & intestinarum domi *Rom. 13*
seditionum auctores, & publicæ foris violatores
G 3 pacis

Haereticorum
virtus & vst-
tata in Rem-
pub: fides.

pacis, simul atq; totius facile Christianae monarchiae
proditores, constituistis. Id quod nemo, nisi qui
ea ipsa, quae superioribus ante longe, & hucusq;
temporibus, in Germania, in Gallia, in Belgio,
iam olim in Bohemia, tum vindicandae religionis,
tum reprimendae rebellionis, nunquam vel vidit,
vel audiuit, negare possit mala.

Nam eo ipso, quo vos, illam nunquam satis pro
Dignitate laudatam, recte gubernandae Ec-
clesiae Christi, successionem, aut omnino reiecistis,
aut praepostero saltem ordine, omnibus promi-
sue, communem reddere contendistis, protinus
vestra doctrina, vestris scriptis, vestris virulentis
imposturis, Germanis velim dixisse, vestri prae-
tensi, naturae etiam ordinem confundentis, quinti
Euangelij dogmatibus, non saltem tot inclytos,
(religione vel maximè discordes.) Reges, &
Principes, vt non dicam hic, de seditiosis olim il-
lis, in Germania, in rebellionem, Lutheri fera-
libus scriptis, de abroganda in christiana politia,
prærogatiua, concitatis, & tandem horrenda cla-
de, ad centum plus minus & quinquaginta millia,
circiter Annum Christi 1521. vix tandem proce-
rum imperij beneficio, repressis, & demum mise-

Luth: de secu-
lari Magistra-
tu parte secun-
da sub finem.

re,

re, ad instar pecudum trucidatis, rusticis,) mutuis
 tam deprædationibus, quam seditionibus, & hor-
 rendis finaliter, inuoluitis cædibus: sed & trucu-
 lentissimo Christiani nominis hosti Turcæ, vni
 interim, tam barbaro, rebus suis intento tyran-
 no, (vt taceam de alijs,) contra multos, eosq; po-
 tentissimos, aliorum suffragijs destitutos, christia-
 nos monarchas, quot non, (cheu abominandum
 scelus, & iugi execratione dignum facinus,) au-
 spicatisimos etiam, in diuersis mundi partibus,
 tum terra, tum mari, hac vel vnica, subministra-
 tis occasione triumphos: taceo hoc loci, infinita a-
 lia, eiusmodi ex eodem vestro prætenso Euangeli-
 o, nata, vestramq; doctrinam, consequentia signa,
 quibus ob tam nefandum orthodoxæ religionis
 abusum, totus pene christianorum, hodie quatitur
 orbis, hinc peste, fame, vsuris, exactionibus, expi-
 ationibus, frequentioribus item, tum grassationi-
 bus, tum latrocinijs, & id genus manifestis iræ Dei
 flagellis, Sed quis vastum oceanum? quis inex-
 plebilem gurgitem? quis deniq; κεκεδῆναι ἑρπύλλας eme-
 titi? aut quis horum malorum iliada recensere
 sufficit? in summa summarum, quotiescunq; te ad
 catholicæ successionis politiam conuertis, quoties
 sectatorum

Lege Gabrie-
 lem Prætorum
 in Elencho suo
 de Hæresibus
 lib: 10

Hæresum fr-
 ctus.

sectatorum eius gesta, paulo altius perpendis, quod
nimirum illi, vno eodemq; fine, in commune o-
rantes, in commune consulentes, in commune la-
borantes, quinimmo, se totos pro communi Re-
pub. christiana deuouentes, non saltem suam do-
ctrinam, suam religionem, suam fidem, sed &
morum & vitæ, vt plurimum suæ exempla, vt
pote quia pia, quia religiosa, quia salutaria, quia
sancta fuissent, tot mille stupendis, in curandis
cæcis, claudis, surdis, mutis, leprosis, obsessis, (cu-
ius quidem eius, licet inde ab ipsis Apostolorum
temporibus, in hodiernum vsq; diem, canonica de
qua in præsentiarum agimus, rite regendæ Ecc-
lesiæ successio, tanta & tam foelici, perpetuo ga-
uisa sit praxi, vt non saltem vnum vel alterum,
sed & plurima etiam, subinde subinde, in catholi-
ca Ecclesia, hincinde, toto orbe terrarum, eijceret
Dæmonia, vnico tamen, eodemq; recens nato in-
ter alia infinita, pro hac vice, contenti erimus ex-
emplo, vtpote, quod Deus opt: Max: admiran-
dum in omnium oculis, Viennæ, in Austria, inq;
collegio patrum ibidem, Societatis Iesu, Anno sa-
lutis 1583 pridie assumptionis, sanctæ, & inte-
meratæ, Desparæ virginis Mariæ, per Reueren-
dissimum

disissimum in Christo patrem, & Dominum, Do-
minum Ioannem Caspari Dei gratia, eiusdem lo-
ci Episcopum, perq; non nullos pios, præfati
collegij patres, operatus est, adeo quod ipsi, ex vna
eadamq; virgine, Anna nomine, Schulterbavv-
rin dicta, simul & semel, successiuis licet actibus,
plusquam duodecim millia, immo integram legi-
onem dæmonum eiecerint, ipsaq; tandem vir-
go, salua & incolumis, in sanctimonialium ordi-
nem, recepta fuit,) inq; suscitandis mortuis,
confirmarunt miraculis, in tantum quod ipsemet
Apostolus, non dubitauerit Hæbreos quondam Hab: 13.
suos, talium exemplis, ne varijs & peregrinis ab-
ducerentur doctrinis, exhortari. toties si vestra
facta, vestros conatus, vestra studia, & ipsos exin-
sequutos, cum illis conferas fructus, videbis pro-
fecto, omnia apud vos longe diuersa, omnia con-
traria, & ex diametro plane, cum illis pugnantia.
Nam & pro curandis aliorum, virtute Dei, lan-
guoribus, vestrae propriae, pro re nata factionis,
contabescitis putoribus, & pro vno olim ex obses-
sis, pellendo dæmone, (quod tamen vestrae facul-
tatis nunquam fuit) vos hodie, Luthero vestro
teste, septem alios, (nequiores illo haud dubie) ta-
H
lis Euan-

In 8 Bauff
postilla Gen:
excusa sermo-
ne 2. super 1.
Dominicam
Aduentus.
Matth: 7.

Christiana
Reipub: Regi-
meu hareticis
foeliciter com-
mitti non po-
test.
Iosua 7.

1. Reg. 13.

Ador: 5.

lis Euangelij vestri virtute, gregatim, in misera
seductorum pectora cogitis, proq; suscitandis mor-
tuis, vniuersum pene mundum, funestis subinde
magis ac magis, repletis tumultibus. ita & vere,
ipsummet Christi Saluatoris, amplissimo testimo-
nio, ex talibus iuxta præmissa fructibus vestris,
quales tum religione, tum professione sitis, omni
ambiguitate remota, cognoscendos intelligas.
Tantum abest, vt ab aliquo hæreticorum, vlllo
vnquam tempore, christianam, vel domi foeliciter
administrari, vel foris contra externos, (siue illi
Turcæ, siue Scythæ sint) hostes, defensum iri spe-
raueris, communem rempub. (quiri immo, si se-
lectissimum maximi quondam illius Iosua, vlti-
matissima alias victoria clarum, ad Haim, à paucis
eius vrbs viris, ob solius Cham, filij Charam, se-
mel duntaxat præuaricantis præsentiam, fundi &
turpiter fugari, contigit exercitum, vel prophe-
tam Dei altissimi, cibum duntaxat, cum schisma-
ticis capientem, vltimo omnino, (leone deniq; vl-
tore) supplicio affici. Ananiam item, & Saphyram
coniuges, ob fraudem propriæ deniq; in præiu-
diciū constitutionis Apostolicæ, dispensatæ pe-
cuniolæ, repentina morte multari. Nec recensco
hoc

Hoc loci, pseudoprophetas illos, quos ad Eliæ preces, victor cælestis iniuriæ : ignis absumpsit. Præterea etiam, arcam olim illam fœderis Domini, sedentis super Cherubin, in cuius deniq; præsidio, omnimoda electi populi Israel, salus posita credebatur, à declaratissimis eiusdem populi hostibus, cum horrenda fidelium cæde, ob transgressionem Ophni & Phinees, filiorum Heli, captam, & id 1. Reg: 4.
genus infinita alia : quanto credibilius est, ob tot innumera, quotidie grassantium hæreticorum sacrilegia, munitissimas quasq; Christianorum, à vilissimis sæpenumero exteris hodie hostibus, & vrbes expugnari, & instructissimas ut plurimum, (hæresis etiam abominatio est) acies deleri. Et quia de talibus, iam olim Spiritus sanctus per regium psaltem prædixit, dicens: quod parturirent in iustitiam, conciperent dolorem, & parerent iniquitatem, lacu aperirent, & effoderent eum. Recte Psal: 7.
in ipsos quadrare dixeris, illud ipsum quod immediate subsequitur, nempe quod caderent in foueam, quam faciunt, & dolor eorum conuerteretur in caput eorum, & in verticem eorum, iniquitas eorum descendet. Adeo quod verendum sit, verendum profecto, (ut ad vos meam porro

orationem conuertam: O Patres) ne dum tan-
tos, & tam enormes, quibus illi dissidentur, præ-
uaricationis suæ, nolint tandem tandem, recognos-
cere errores, illos æq; ipsos, Scythas puta, Tur-
cas, seu Saracenos, non multo post, quod Deus
opt: max: benigne auertat, ipsimet demum, suæ
talis prout supra, contumacissimæ factionis, co-
gantur sustinere reformatores. Quippe si propter
iniustitiam, regna à gente in gentem transferri,
Ecclesi. 10. contigit: quanto magis eadem, in ipsius met diuinæ
vindictam iustitiæ, & desolari, & funditus deleri,
necesse erit, iuxta illam, iam olim latam, Propheti-
cæ comminationis sententiam, dicentem, populus
enim tuus, sicut hñ qui contradicunt sacerdoti, &
Osee cap. 4. corruet hodie, & corruet etiam propheta tecum.
nosce tacere feci matrem tuam, conticuit populus
meus, eo quod non habuerit scientiam, quia tu
scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fun-
garis mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiscar fi-
liorum tuorum & ego. Secundum multitudinem
sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignomini-
am commutabo, peccata populi mei comedent,
& ad iniquitatem eorum, subleuabunt animas
eorum. Et erit sicut populus, sic & Sacerdos. &
visitabo

visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius, *Psal. 68. 7.*
reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur, &c.

& alibi: Ecce, inquit, ego adducam super vos, gentem de longinquo, domus Israel, ait Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. & comedet segetes tuas, & panem tuum, deuorabit filios tuos, & filias tuas, comedet gregem tuum, & armenta tua, & comedet vineam tuam, & ficum tuam, & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Vt fiat nimirum, habitatio tua deserta, & in tabernaculis tuis, non sit porro qui habitet, vnde & per regium *Psal. 7. 68.* ait: Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit, id quod haud dissimili ex causa, *Vide Historiam excidij Constantino-politani.* toti iam olim orientali etiam, contigisse legimus imperio.

O Mitto item, intemeratas quondam illas, easque olim longe pacificas, Ecclesiasticæ Hierarchiæ externas facultates, quibus posteaquam isti idem, (qui etiam si nullam vnquam iustæ à Catholica
H ; Ecclesia,

*Catholicorum
in Orthodoxa
Religionem
liberalitas.*

Ecclesie, causam habuissent defectionis, haberent
nihilominus, vel hac vnica occasione, suæ in eam
insecutos tandem, patronos præuaricationis) non
saltem contra expressam, eamq; nouissimam,
(quæ alias omni exceptione maior esse deberet)
tot sanctissimæ quondam memoriæ, nonnisi Ca-
tholicorum, pro sola deniq; Catholica, in suis ter-
minis, iugi successione, tam conseruanda, quam
propaganda Ecclesia, (immo pro reprimendis,
proq; arcendis, & nequaquam pro promouendis,
aut fouendis, prout hodie hincinde, tam nefando
religionis abusu, venire solet, omnibus in genere
hæreticis) contendendum: necnon indefessa, longe
lateq; toto orbe terrarum, conspicua liberalitate:
(hinc tot sumptuosissimis, tam templis, quam ba-
silicis, tot villis & prædijs, tot feudis, & territorijs,
tot & diocælibus, & prouincijs.) Orthodoxæ in
eadem religioni, in medium consulentium, (vt non
dicam hic, de tot irreuocabilibus super eo, tam di-
uinarum, quam humanarum legum sanctioni-
bus) fundatorum voluntatem. Quinimmo con-
tra ipsummet liquidissimum, quod ne barbaros
quidem ipsos, sua possessione spoliare iubet, com-
mune ius gentium, sacrilega suggestione, & plus
quam

quam impia, talis patrimoni Christi, confiscatio-
ne, profanos potentum, infarcire iussissent fiscos.
Posito siquidem, sed nunquam concesso, etiam si ea
omnino, secundum Euangelium suum, libertate
gauderent, ut quidquid velint credere, & quoties-
cunque illis luberet, nouæ pro arbitrio religionis,
alia atque alia, sibi effingere liceret dogmata, hoc
tamen nullo vnquam rationabili saltem, probare
poterint fundamento, quod propter ea, illis per-
missum fuisset, quocunque modo, longe minus, quo-
uis latrocinio turpius, in catholicæ ecclesiæ funda-
tiones inuolare, nec non super ijs, (& euangeli-
cam prætendendo synceritatem, & tyrannicam
exercendo impietatem.) suo hypocritico more
disponere. Ita nimirum, ut quod olim immediate
diuini iuris fuisset, hoc ipsum hodie, suæ sacrilegæ
direptionis foret. O vitam, ô mores, sed ô reges &
principes, vos dynastæ, & rerum publicarum gubernato-
res: quos deus ipse, in partem sollicitudinis vocauit,
quibus regna & monarchias distribuit, & totius
mundi dominia concedidit. Quid si vestris id-
ipsum priuatis obtingeret possessionibus? quid si
quispiam, vestras obuentiones, vestros annuos re-
ditus raperet? vrbes item, & oppida, villas, vel
prædia vestra, spoliaret? & diriperet? nonne pro-

Hæreticis non
licet Ecclesi-
asticas usurpa-
re fundaciones

tinus.

tinus, ad omnia hæc in parte vobis possibilia: ad
obuiandum talibus: recurreretis remedia: nonne
omni cunctatione remota, & ad reconciliandos, si
quospiam forsan alios, antea haberetis inimicos, &
pro ferendis vobis suffragiis, ad deuinciendos con-
fugeretis amicos: at vbi Christi saluatoris causam
agi: vbi cæteris paribus, de summa totius facile
Christianæ Religionis periclitari, vbi tot sancto-
rum martyrum precioso sanguine, iam olim con-
secratum, rite capessendæ orthodoxæ religionis,
tot seculis practicum: ordinem pessundari, sa-
cro sanctas leges violari, omni exceptione maiora
lura, & priuilegia, ab impijs hominibus immanis-
sime cernitis abrogari, securi in vtramq; aurem
dormitis, ridetis, sustinetis, non dicam conniuen-
do, & minime, vel saltem oscitanter defendendo,
persequi, opprimi, & extrema tyrannide, Catholi-
cam iam pridem infinitis alias, variarum tempe-
statum iactatam procellis, vel hoc ipso nomine, af-
fici iubetis Ecclesiam. Quippe quemadmodum il-
le, qui negligenter defendit, vulgo offendisse po-
tius, quam defendisse dicitur: ita Seneca teste, & qui
non vetat peccare, cum possit, iubet, non cogitan-
tes, nec imminetia vobis communia mala, per-
pendentes,

pendentes, quod si Ecclesiasticas amittitis fundationes, vos ipso facto, & rite regendæ Ecclesiæ, successiones amittere, ijs amissis, amittitis religionem, qua quod absit amissa, amittitis non solum ipsa externa, quæ possidetis bona, sed & omnia cur creati, pariter atq; redempti estis, ipsamet cælestia dona: & per consequens Deus Opt: Max: promissa vobis vigilantibus, hac in parte præmia, alijs diligentioribus saltem, in merum despectum & confusionem vestri, (vobis oscitantibus) daturus, ecclesiamq; suam, per alia nihilominus, misericordiæ suæ arcana remedia, in pristinam libertatem vindicaturus. Tales deniq; & tam obfirmatos, patrimonij Christi, de quibus differimus, raptos corripiet, ipsosq; proprijs eorundem factis, nec sine evidentissimis, super eo, in hodiernum usq; diem, pluribus in locis, serio continuatæ, diuinæ ultionis suæ exemplis, reprimet, collidet, & destruet. Constat siquidem, & luce meridiana clarius liquet, in eas tandem angustias, talis & tam impij hincinde quæstus, suos in effectu, nec tam pridem, (recentia enim sunt exempla,) coniectos fuisse possessores, ut eundem non multo post, obmissum à se, tam abominandum sacrilegium,

Exech: 34.

*Ecclesiastici
Ipoly successus.*

haud pauci ipsorum, proprij patrimonij sui dispen-
dij, centuplicatum etiam, pro sola domestica re-
dimenda impendere necesse habuerint pace, &
squalidum vnus saepenumero, aut alterius expul-
si monachi, totius hæreditatis suæ iactura, cogan-
tur expiare cucullum alij, in tantum nimirum: vt
non desiderentur, ex illustri quoq, & summo loco
nata familia, quorum posteaquam maiores quon-
dam sui, ex mero fastu, & singulari catholicæ Ec-
clesiæ despectu, nonnulla Deo dicata, (taceo alibi
amplissimos tam Episcopatus, quam Abbantias, &
id genus conuentus, ac collegia,) in suum priua-
tum olim vsus, conuertissent monasteria, ipsi ho-
die, (O inopinatam, iustam tamen, humanarum
methamorphosim rerum, sed ò inexhaustam oc-
cultorum iudicorum Dei abyssum,) vicinorum
rursus, munificentia Monachorum, suam extre-
mam, saepenumero leuari efflagitant inopiam.

Quid dico horum vel angustias, vel inopi-
am? quandoquidem ipsemet perpetuus, re-
rum humanarum vsus, & quotidiana euidentissi-
me subinde testetur experientia, iniquas ecclesiasti-
carum possessionum, nunquam felices habuisse
exitus vsurpationes. Quia nemo prout eleganter
dixit

dixit ille, iniusto gaudere possit lucro, sine iusto (su-
is saltem, loco & tempore,) damno, vnde Chilon
ille Lacedæmonius, ex septem sapientibus Græciæ
vnus, solitus erat dicere, se malle apertum plane
damnum, quam prauum quodcunq; tandem luc-
rum, quia illud inquit, semel tantum, hoc autem
nunquam cessaret contristare, etc. Quippe etiam
si, Deos hominesq; factum tuum celare posses, tu-
am ne tibi tamen conscientiam, euadere poteris
nunquam. Habet siquidem, habet reuera, occul-
tus tortor ille, quo subinde subinde, conscia sibi,
misera surdo cædat præcordia flagello. Quod cum
in communi vita humana, ita fieri, nemo sane mētis
negare possit, quanto magis in illis ipsis, quæ Deo
opt. max. dicata sunt, quæue diuina vtplurimum,
vindicare solet iustitia, vera esse concesseris, iuxta
illud Iob dicentis: Quæ est inquit spes hypocritæ Iob: cap: 27.
si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius?
nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit
super eum angustia: aut poterit in omnipotente
delectari, & inuocare Deum omni tempore? &
quasi dicat minime sane, eo nimirum, quia hæc est
pars hominis Impij, apud Deum, & Hæreditas
violentorum, quam ab omnipotente suscipient ait,

Esay: 33.

adeo quod si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane, qui porro reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, etc. Vnde & Propheta dicit: Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis: & qui spernis, nonne & ipse sperneris: cum consumaueris deprædationem, deprædaberis, & cum fatigatus fueris contemneris, contemneris ait. O infautum quæstum, & mille ærumnis expiandum lucrum, quod & habentem possidet, & fruente deuorat, etc.

Exod: 7.

Daniel: 5.

Quinimo quemadmodum religiosa quondam virga Aaron, & præstigiosos Aegyptiorum, deuorabat serpentes, & profanum mari rubro, Israeliticæ inhiantem præde, cum vniuerso exercitu suo, absorbit regem: sic & facultates Ecclesiæ, in profanos, siue regum, siue principum, (extrema communis Christianæ reipub, necessitate cessante,) vsus conuersæ, eorundem & domi priuatas absument gazas, & foris miserandis suas Respub. concutiunt cladibus. Adeo vt dum eiusdem, tanta, & tam horrenda, tam in nouo, quam in veteri testamento, extent exempla, quanta si humanus quisq, si pius, si Christianus paulo altius perpendat animus, quis est omnium, qui super tali & tantæ

tantæ impietatis tyrannide, non & humanam ex-
horrescat prauitatem : & diuinam super ea non
suspiciat longanimitatem : potissimum, postea-
quam talia, non saltem in merum, tam propagan-
dæ, quam conseruandæ etiam, Christianæ religi-
onis præiudiciu, sed & in manifestam ipsiusmet
diuinæ super ea ordinationis, contumeliam fiant,
& ex eorum duntaxat desperata contumacia pro-
deant, qui excæcatis iuxta Prophetica oracula cor- *Esaiæ 60*
dibus, post tot suas sacrilegas, in patrimoniu
Christi prædas, & spolia, non verentur, & ipsa-
met lege naturæ vetante, & rectæ rationis iudicio
vltro citroq; reclamante, talium iuxta præmissa,
non saltem partialium, verum etiam singillatim
singularium, inter se prout supra, & doctrina, &
professione, toto cælo dissidentium, Euangelista-
rum suorum, immo vero, periuriosorum vtplu-
rimum, apostatarum potius nostrorum, porten-
tolas opiniones, indeq; ipsorum priuata, dolo &
fraude plena, enata odia, imposturas, calumnias,
nec non infinitas alioqui, in Catholicam Ecclesiam
insidias, tot tam Apostolicis, quam alijs totius mun-
di sanctissimis, & publica fide, & intemerata reli-
gione, retroactis continuis seculis, identidem as-
sumptis,

*Hæreticorum
propriu est
singulares esse*

sumptis, reassumptis, rimatis, examinatis, com-
muniq; demum omnium sanctorum patrum, cal-
culo approbatis, ratificatis, & practicatis, (ita vt
quod de & super ijs, Diui Ambrosius, Leo, Gre-
gorius in Italia, Ioannes Chrysostomus in Tracia,
Theophilactus in Moesia, Ioannes Ephrem, Io-
annes Damascenus, & Hieronimus in Syria, Ba-
silius in Cappadocia, Tertulianus & Augustinus
in Affrica, idem Hilarius in Gallia, idem Orige-
nes, idem Cyrillus & Athanasius in Aegypto, vt
non dicam hic, vel de Dionisio illo Atheniensi, vel
de Clemente Romano, Diui Pauli, aut de Ignatio,
deq; Policarpo, Diui Ioannis, Apostolorum disci-
pulis, & id genus, beatissimis illis, circa & imme-
diate, post tempora Apostolorum, florentibus olim
Ecclesiae Patribus, immo vero idem generalia to-
tius orbis concilia, iuxta Apostolicam traditionem,
in eodem sensu, & in eodem scientia, senserunt, scri-
pserunt, & posteris velut per manus tradiderunt,)
ordinationibus praefendo, praeter ea omnia, ip-
sammet totam demum, militantis Ecclesiae hierar-
chiam, tanto & tam hostili, nec diuinis, nec huma-
nis hac in parte legibus parcendo, sed omnia &
singula potius, ad truculentam tyrannidem suam
reuocando,

1 Cor. 1,

reuocando, impetere conatu, quanto quidquid in
ea, vel sacerdotij in summa, vel sacrificij fuisset, ita
omnia labefactare, omnia abolere, tollere, & abro-
gare, contenderent, vt & Catholicum legitime
institutum clerum, (ne hoc loci, de alijs abomi-
nandis impietatis ipsorum, in Ecclesiam Christi
conatibus, plura dicam,) de facto eijcere, & in
merum sacri sacerdotalis ordinis despectum, ipsi-
met profani laici, (exemplo forsan regis quon-
dam Hieroboam, ad imitationem Core, Datan, &
Abyron,) suos si non omnino atheos, blasphemos 3 Reg: 13.
tamen, & sacrilegos vt plurimum, in locum ipso-
rum suffecissent rabulas, (persuasi haud dubie, Num: 16.
quinto optimi maximi, prophetarum suorum co-
ryphei, Martini Lutheri, seditioso Euangelio, tan-
quam absolutissimo quodam, totius religionis suae
archetypo. Quinimmo talis & tanti perduellis,
totiusq; Ecclesiasticae hierarchiae, atrocissimi, & ca- Rom: 19.
lumniatoris & deformatoris, furiosis debachationi
bus. Qui posteaquam, Deo & diuinæ nefario au- in lib: suo de
su, repugnasset ordinationi, factum nihilominus vtraq; specie sa-
hoc nomine suum, caelestibus non veretur adscri- cramenti.
bere miraculis, dicens: Etiam si inquit, ego ipse, mi-
norum miraculorum, nullum omnino ediderim:
Hoc

Miraculum Lu-
theri.

lib: cont: Re-
gem Angliæ
Henricum 8^m
in Epistola ad
Sebastianum
Schlik.

in lib: suo ad-
uersus falso no-
minatam Or-
dinem Episco-
porum.

Lutherani E-
uangelij Bene-
dictio.

Math: 22:
Mar: 12:
Luc: 20:

Hoc tamen maximi miraculi loco, reputandum venit, quod ego plus Papatui nocuerim, quam vlla vnquam, siue secularis, siue spiritualis potestas, nocere potuit. Vnde adiecit dicens: se libellis suis breui effecturum, vt papistæ sint, nomen abominati-
onis in orbe terrarum. Dogmata inquit mea sta-
bunt, & Papa cadet, inuitis omnibus portis infe-
ri, etc. Et in alio loco ait: Omnes qui honorem, vitam, & omnia sua, in eum finem impendunt, vt Episcopatus, & totum Episcoporum regimen, ex-
terminaretur, hî sunt inquit, electi filij Dei, qui ve-
ro contrarium agunt, illi sunt proprij seruitores di-
aboli, pugnantes contra ordinationem Dei; & le-
gem. Quia vniuersus mundus inquit, sub diuinæ indignationis reatu, obligatur, pro ipsis delendis, & totaliter extirpandis, ita vt nihil æquius illi ob-
tingere possit, quam si aliquo valido tumultu, ex orbe terrarum tollerentur ait, etc. O mortiferum
miraculum, & tam atrocissima animaduersione di-
gnam, eiusmodi sanguinarij grassatoris immani-
tatem, Euangelistam se esse iacet, & contra ma-
nifestam Euangelicæ, necnon Apostolicæ doctri-
næ, veritatem, truculentissimam seditionem vr-
get. Sed ô plusquam freneticam, tot seductorum,
ex & tam

ex & tam sacrilegi Apostatae, (quem sapientissimus *Rom: 15.*

Salomon quondam ille, suo iam olim redimiuit *Proverb: 26.*
diademate, dicens: Homo apostata, vir inutilis,
graditur, ore peruerso, annuit oculis, terit pede,
digito loquitur, prauo corde machinatur malum,
& omni tempore iurgia seminat, etc.) mordacis-
simis documentis natam insaniam. Esto sane, mi-
retur Lutherus factum, prout vult, hac in parte
suum, demirari tamen, magis magisque, non suffi-
ciunt, omnes orthodoxae religionis zelatores, cæ-
terarumque laudabilium virtutum imitatores, non
ob id quidem tantundem, quid ille tanquam iam
pridem in reprobum sensum datus, in malitia sua,
tam insolenter gloriatus sit: sed propterea vel ma-
xime, quod præter omnium expectationem, ve-
strapte hac in parte, ne quid aliud dicam, crassa qua-
dam leuitate potius, quàm sua quantumuis rabiosissi-
ma feritate, tantundem profecerit, & tam potens
in sua iniquitate fuerit, ut vos (quorum sanctissi-
mæ olim memoriæ, prout antè meminimus, ma-
iores, tam & pie & religiose, sacrosanctam catho-
licam coluissent fidem, ut priusquam vel latum qui-
dem vnguem, ab antiquis, immo ab ipsismet inde
Apostolorum Christi temporibus, sanctæ matris
K Ecclesiæ,

Ecclesiæ, recedere voluissent institutis, nedum non
externis quibuscunq; tandem, pepercissent bonis,
sed ne extremum quidem, propriæ etiam vitæ su-
æ, subterfugissent periculum,) è medijs militantis
Ecclesiæ Dei castris, deturbare, sub ipsoq; cruento,
triumphantis iam tandem Christi vexillo, consti-
tutos, captiuare, necnon in execrandam porro fa-
ctionis suæ, redigere quiuerit seruitutem. Hoc est
in alia, atq; alia, tum dissipandæ Christi fidelium
vniõnis, tum labefactandæ diuinæ in eadem tot
retroactis seculis, continuatæ ordinationis, quo
posteriora, eo etiam perniciosiora, sequenda indu-
xerit consilia, vt non veriti sitis, ad quantumuis in-
fussissimam, talis fanatici spiritus inescationem, &
suæ tam sacrilegæ machinationi subscribere, & ve-
strammet extremam confusionem, tam profanis-
sima imitatione sui, turpissime contestari. Adeo
quod ipse vnus, talis, & tot nominibus fidefragus,
indomitq; vltro citroq; diffluens illecebris, inten-
tionem deniq; suam, nequaquam in Christianæ,
(prout ipse mendacissime prætendit,) religionis
zelo, vel amore, sed in perpetuæ potius, priuatam
duntaxat vindictam, sollicitantis rebellionis suæ
furore, fundans apostata, tantundem in ipsiis, quæ
implemet

Lutheranæ fa-
ctionis causa.

ipsemet sane mentis antea, identidem bona fide,
 proprijs suis scriptis, iniusta, iniqua, & omnino im-
 pia, fuisse recognouisset, (dicens, tateor ipsemet,
 me male de indulgentijs, de Papa, de Romana
 Ecclesia, de concilijs, de vniuersitatibus, de cano-
 nibus, in principio sensisse, vnde in posterioribus
 inquit libellis meis, omnia reuocaui. Quinimmo
 penitentia porro, super ijsdem omnibus ductus,
 veniam per viscera Christi petens, necnon omni-
 modam de cætero obedientiam, cum præmissa so-
 lenni cumprimis in hæc verba protestatione, sancte
 promittens, & dicens: Ego Martinus Lutherus,
 protestor me colere, & sequi, sanctam Romanam
 Ecclesiam, in omnibus meis dictis, & factis, præ-
 sentibus, præteritis, & futuris, quid si contra, vel
 aliter dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi,
 & habere volo, insuperq; per omnia pulpeta, super
 ijs in vulgus promulgabo etc.) obstinatus tandem
 apud vos nulla vel sibi hoc ipso casu, sua aliqua no-
 tabili suffragante authoritate, vel vestra, vos qua-
 cunq; impellente necessitate, sed vestrorummet
 quorundam propria potius, id ipsum exigente, oc-
 casionemq; suæ tantæ, & tam irrefrenatæ audaciæ,
 suggerente temeritate, (ita vt appositissime, in ta-

Luth: lib: de
 Antichristo.

Luth: in Pra-
 fatione de vir-
 tute Indulgen-
 tiarum ad Leo-
 nem X: Rom:
 Pont: & in En-
 pistola ad Tho-
 mam Sancti ste-
 phi Cardina-
 lem: nuncium
 Apostolicum.

les quadrare posse dixeris, illud Hesiodi dicentis
 κακή βουλευτῶ βουλευσάντ' ἰ κακίστ'. Et merito iuxta
 tritum prouerbum: Faber quas fecit compedes,
 ipse gestat,) profecerit. Nam nisi illi idem, ipsum
 tanquam manifestum refugam legum, in ipso ita-
 tim talis præuaricationis suæ principio, incepissent
 animare, nunquam ipse ausus fuisset, legitimo to-
 tius Catholicæ Ecclesiæ magistratui, cum tanto
 fastu insultare, ita vt non veritus sit, ipsum extre-
 mis etiam, temulentarum muliercularum more,
 maledictis incessere, dicens. Dominus Iesus perdat o
 idola mundi: Papatum, Cardinalatumq; vestrum,
 cum omnibus faciebus vestris, in profundum infer-
 ni, etc. adijciens & asstruens, se hic à Christo non
 nisi in eum finem positum fuisse, vt Papistica tor-
 queret monstra, quocirca se cornua assumpturum,
 & vrsu in via, & leonem in plateis, prælatis Ec-
 clesiæ futurum, dicens: ipsi me prouocauerunt ad
 bellum, bellum igitur habebunt, pacem oblatam
 contempserunt, pacem igitur non habebunt. Sic pla-
 cet inquit, in Christo magis ac magis, aduersus in-
 sulcos istos Basiliscos superbire, & ita concurrimus
 ait, vtrinq; illi extremo furore, ego vero summo
 contemptu, & vincet audacia mea, illorum nouis-
 simam,

Rub: in lib:
 suo de Antis-
 christo.

lib: cont: Re-
 gem Angliæ.

simam, & iam pallentem furiam, etc. nisi inquam
vosmetipsi, tali & tam atroci bestia, ultra suos &
vrsinos, quibus se armatam esse iactat, dentes, &
leoninos ungues, vestro applausu, vestro & consi-
lio, & auxilio, tum serpentinam porro suam, exa-
cuissetis linguam, tum maledica, aspidum inun-
xissetis labia veneno, nunquam ipsa, tanto & tam
rabido impetu, & selectissimas olim caulas Chri-
sti, inuadere, & tot miriades, preciosissimo sang-
uine suo, redemptarum diripere potuisset ouicula-
rum. Hoc est, nunquam vos & tam facile decepisset,
& deceptos in tantum, & tam detestanda con-
fusione dementasset, vt non saltem simplex vulgus,
in mille stupenda quæq; schismata coniecerit, ve-
rum etiam, ex eis ipsis, qui vestrum & primas ca-
thedras occupare, & Rabi auent nuncupari, ita de-
mum quam plurimos infatuauerit: vt etiam si vi-
dissent, & re ipsa ex professo depræhendissent, Lu-
therum suum, inde à principio talis factionis suæ,
nihil humaniter, nihil modeste, nihil candide, nihil
syncere, nihil vel spectata virtute, vel approbata re-
ligione dignum, omnia autem petulanter, omnia
odiose, omnia inuidiose, omnia insidiosè, omnia &
rebelliosè, & seditiosè conari, passi sunt tamen, sibi

K ;

persuaderi

Lib: aduersus
falso nomina-
tum ordinem
Episcoporum.

2: Pet: 2:

persuaderi, quod toties repurgatissimi Euangelij
veritatem, ex ipso, velut ex cœlitus delapso oraculo
quodam, haurirent, quoties virulentas, tam flagi-
tiosissimi animi sui passiones, in læsionem aliorum
conceptas audirent, dicentes: & Deo opt. Max:
non sine singulari admiratione acceptum referen-
tes, quod tandem tandem, & post tot demum se-
cula, haberent, talem & tam masculæ virtutis, ani-
marum suarum curatorum, qui (prout ipsemet de
seipso iactabundus, & crissis surgentibus,) suis
proprijs scriptis, testatum reliquit,) omni perso-
narum respectu remoto, alijs & timentibus, & ta-
centibus, auderet ea, quæ & quomodo velit, libe-
rius loqui, etc. O dignos profecto discipulos do-
ctore, qui non verentur, eadem ipsa, in prima lau-
de ponere: à quibus & ipsamet humana natura ab-
horret, & quæ in omni recte constituta repub. vl-
timis vtplurimum subyciuntur exemplis. Adeo
quod vere, in vos quadrare posse dixeris, illud
Apostoli testantis & dicentis: Erunt inquit in vo-
bis magistri mendaces, qui introducent sectas per-
ditionis, & multi sequentur eorum luxurias, per
quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fla-
etis verbis de vobis negotiabuntur, etc. in tantum
nimirum,

nimirum, vt non saltem vnum talem, tot flagitio-
sissimis desiderijs suis æstuantem, laudare, sed ex-
trema etiam iniquitate excæcatum, benedicere non
erubescatis calumniatorem. Quis enim sane men- Psal: 9:
tis, detrectatorem & conuitiatorem, non odisse
magis, quam amasse, vituperasse potius, quam
laudasse iudicauerit: sed quis est omnium, tam vel
stolidus vel vecors, qui non Lutherum vestrum,
(vt cuius os, & maledictione, & amaritudine ple-
num est, velocesq; ad effundendum Christianum Psal: 13: 113:
sanguinem, pedes,) hac in parte, suo gannitu,
mille alios & sanniones, & scurras, superasse dixe-
rit: Cedo dic obsecro, quota quæq; est, oranium
propemodum hoc nomine concionum suarum,
(vt non dicam hic, de multiplicibus alijs suis, in di-
uersis materijs scriptis,) in qua non virus ipse su-
um, calumniosissime, mille plaustris conuitiorum,
in aliorum gesta euomeret: in qua non bonorum
reputationem, odiosissime perstringeret: Adco
vt omni alia commendationis hac in parte suæ,
censura remota, ex solius vsitatissimæ passim ora-
tionis suæ, argumentis, qualis & quantus fuerit,
quoue animo, tale suum apostaticum institutum,
prosequutus sit, dicto facilius cognoscere queas.
Et

Et quemadmodum vulgo dici solet, ex vnguibus
leonem, ita tu Lutherum cognosces, ex suis pro-
prijs gestis, scriptis, & sermone. Non siquidem
Protheo mutabilius monstrum illud, vel quod re-
cta ratio dicat, vel quod per decorum licet, sed
quod peruersa voluntas affectat, & quod per de-
prauati animi in pacientiam libet, conando, quoti-
es singularium rerum abusus exaggerare pergit, to-
ties indistinctis habitibus, & confusis penitus di-
uersorum generum, differentijs & speciebus, (&
veluti ex calcaria in carbonariam, decurrens,) in-
temerata communium virtutum studia, vt pluri-
mum petulantissimè perstringit. Non inquam ip-
sa merita causarum expendens, sed omnia potius,
ad priuatos affectus suos, reuocans, nudam dun-
taxat, de simplici & plano, histrionum more, tam
carpendorum legitimorum, pro rite capessenda
Repub. officiorum, quam notandarum occasio-
nem intendens personarum, omnibus imponit,
omnibus insultat, omnes proscindit, omnes tradu-
cit, omnes damnat, & nulli vel statui, vel ordini,
dignitati, aut authoritati, honori seu virtuti, (sem-
per sui similis,) pareit. Reges siquidem, & Prin-
cipes, aliosq; id genus, inelytos Rerumpub. gu-
bernatores

in lib: Von
der Welts-
chen Obrig-
keit,

bernatores, bardos, fatuos, tyrannos, tortores, &
carnifices nominat, addens, & dicens : paucos ad-
modum ex Principibus esse, qui non fatui reputa-
rentur. Papam vero, (cuius potestati, tanquam
ordinationi diuinæ, siue iuste, siue iniuste egisset, ne-
quaquam resistendum, sed potius cum omni hu-
militate parendum esse, astruebat, eundemq; sub ip-
so etiam factionis iam tandem suæ initio, inter spem
& metum constitutus,) ordinarium causæ suæ iu-
dicem recognoscens, ijs compellabat verbis, di-
cens : Beatissime pater, prostratum me, pedibus
beatitudinis tuæ offero, cum omnibus quæ sum, &
habeo, viuifica, occide, voca, reuoca, approba, re-
proba, vt placuerit, vocem tuam, vocem Chri-
sti, in te præsidentis, & loquentis agnoscam, si mor-
tem merui, mori non recuso, quia ex nulla omnino
causa, à Romana diuelli oportet Ecclesia, sed po-
tius sanctæ sedis Romanæ, veluti dispositioni diui-
næ, in omnibus, de simplici & plano, immediate
deferendum est, ait, etc. Paulo post demum, (pos-
teaquam nimirum, & rem serio agi & negotium
pro re nata suum, iam iam ad restim rediturum
uideret, nec inibi porro, se æqui iudicis sententiam
euitare, neq; hic factum suum, se defendere posse
L consideret,

Luth : lib : de
Potestate Papæ
& lib : actoris
suorum.

lib: Resolutio-
num suarum de
virtute Ingu-
gentiarum ad
Leonem X:
Rom: Pont: in
Præfatione.

Luth: in decla-
ratione sua su-
per Ecclesia
Romana.

confideret, dicens, quod de pace desperaret, ob idq
vna manu gladium iam tandem apprehendens:
Arabibus suis repugnaturus, altera vero murum
aedificaturus esset.) frænum mordens, in furias

Luth: in Epi-
stola sua ad
Ducem Saxo-
nia.

desperatus Apostata solutus, eundem execrandis
deuouens diris, non saltem tum idolum, tum An-
tichristum nuncupare, sed & odio ipsius, contra

Lutherana Do-
ctrina Princi-
palis occasio
ansa lege E-
pistolam Lu-
theri ad Ioan-
nem Stupitium

propriam conscientiam suam, & sacram scriptu-
ram ex professo deprauari, & tremenda sacramen-
ta Dei, non veretur profanare, dicens: venerabile

Sacramentum altaris, nobis representat, quod ad
verba consecrationis, panis & vinum, in verum &
naturale corpus, in verum & naturalem sangui-
nem Christi, transformantur. Tamen quia Pa-
pistæ idipsum, tam oppido vrgerent ait, nos in
merum despectum ipsorum, statuemus & dicemus:
quod etiam post ipsa verba consecrationis, ibidem

Luth: super
Psalm: 9: & in
Serm: de vene-
rabili Eucha-
ristia Sacra-
mento, & lib:
de adoratione
venerabilis Sa-
cramenti.

verus panis, & verum vinum, maneat. Item etiam
si omni dubio procul, sub vna specie, integer Chri-
stus sumatur, ex quo tamen Papa, ita sumendum
constituit, inquit, nos in despectu sui, sub vtraq, &
nequaquam sub vna sumendum constituemus. Si
autem & ipse porro, sub vtraq, sumendum statu-
erit, ex tum ego, aut sub vna saltem, aut omnino
sub

sub nulla, sumendum vsurpabo ait. Præterea
 quanquam, inquit, priuatam confessionem, pro to-
 tius mundi thesauro non daret, eo quia nisi priua-
 ta confessione olim liberatus fuisset, iam pridem
 inquit à Diabolo iugulatus esset, nihilominus ta-
 men, quandoquidem Papa talem confessionem
 seruari demandasset, omnino confiteri nolit, & sic
 de alijs, secundum Euangelium suum, non mirus
 in sui metipsum vindictam, quam in odium Papæ,
 per fas & nefas, contendens: Episcopos, & alios id
 genus Ecclesiæ prælatos, sacerdotes, monachos, &
 moniales, cum suis dogmatibus, & ministerijs, ni-
 hil aliud, quam mera protenta, idola, laruas, men-
 dacia: & ipsissimam abominationem esse. Gym-
 nasia deniq; ac vniuersitates, maxime vero eas ip-
 sas, ad quas in principio factionis suæ, iactabun-
 dus, (eadem primis laudibus celebrans, & dicens,
 quod ipsæ essent studiorum parentes absolutissi-
 mæ, & ab antiquo semper Christianissimæ, nec non
 in Theologia florentissimæ vniuersitates) pro ra-
 tificatione factionis suæ, institutum hac in parte su-
 um reëtificaturus, prouocauerat (& ab hysdem
 tandem, tanquam legitimis iure præmissæ prouo-
 cationis suæ, censoribus suis, vna cum doctrina
 sua,

In Sermon: super
 Dominicam
 Reminiscere.

Luth: in libe
 cont: Regem
 Angliæ & libe
 Act: suorum, &
 lib: ge abrogan
 de M. ss. priua
 ia, lib: cont:
 Cokicum &
 in lib: quem
 Parisien: sen-
 tentiam contra
 Doctrinam
 Luthinam cupa-
 uit.

Luth: in act:
 suis.

sua, præter omnimodam expectationem suam,
 consulus, pro manifesto, prout ipsemet testatur
 hæretico, declaratus fuerat.) Sodomam, Gomora-
 ram, insulsiſſima item, & stupidissiſſima lupanaria
 appellat, dicens: Omnes Pontifices, omnia concilia,
 omnes scholæ, quid aliud in Ecclesia sonant, quam
 lupos, Satanæ ministros, & falsos Prophetas, ad-
 dens porro, & insperatam talem confusionem su-
 am, vulgo diluere cupiens, se nec à Parisiensi. nec
 à Louaniensi. nec à Coloniensi. nec à Romanensi.
 academjs superatum esse. Quinimmo per se
 inquit Papam, Episcopos, monasteria, vniuersita-
 tes, Deum ipsum, non saltem percussisse, sed & pa-
 lam, iam per orbem traduxisse, vnde se firadere, &
 consulere, (ratio, quia artes & scientiæ, & id genus,
 osorem neminem habent, nisi ignorantem, quo fit,
 vt facile iuxta Apostoli dictum, & id quod igno-
 rant blasphemant, & in illis quæ tanquam bruta
 animalia norunt, corumpantur,) vt adolescentes
 Philosophiam, & scholasticam theologiam, velut
 mortem animæ suæ vitarent.

Cæterum quia iam semel, effræus ardelio ille,
 insolentissime in vniuersum Catholicæ Eccle-
 siæ corpus, debachaturus insurrexisset, ne alicui por-

Luth: lib: quem
 nominat sen-
 tentiam Theo-
 logorum Pari-
 siensium.

lib: cont: Co-
 ecumen.

lib: aduersus
 Latomum.

Philosophia
 vitanda.

ro, ex toto fidelium cœtu, pro re nata pepercisse crederetur, adiecit dicens: Electorum etiam, sanctissimos quosq; in tantum & viuendo peccasse, & docendo errasse, vt nulli sanctorum exemplo fidentum sit. Nihilq; periculosius esse, sub cœlo, gestis sanctorum: scripturarum testimonio non roboratis, immo longe tutius esse ait, ea quæ sancti sine authoritate scripturarum, fecissent, inter peccata adnumerari, quam exemplo imitari, quia omnis humana doctrina, nihil aliud est ait, quam idolum, & statua quædam, quæ posita loco viuientis & veri Dei, homines ducat in interitum. Scipsum autem tanquam certis scripturis (nos poma natamus,) innixum, nec errare, nec peccare posse, inquit, sicq; tali sua doctrina pollentem, neminem vel angelorum, vel hominum, superiorem se recognoscere velle, dicens, se omnino certum esse, quod ab ipsomet Christo, & Euangelista, & Ecclesiastes, nominaretur, vt per quem Christus incepisset, abominaciones in loco sancto stantes euellere, & destruere, etc. Et sic consequenter, posteaquam omne impietatis suæ nefas, suis tam dictis, quam scriptis, & se arrogantissime extollendo, & præ se vniuersum propemodum mundum petulantissime

L 3 despici-

lib: cont: falso
nominatum Or
dinem Episto
lorum.

Luth. nec pec
cans nec errans
Euangelista.

despiciendo, rabiosissime effutiisset, nihil tamen eo minus, omnia sua pro re nata, & dicta, & facta, nonnisi ex ipsis fontibus, & mera sacrae scripturae officina profecta, nihil nisi sacro sancti Euangelij Christi velamine, & sacrum & rectum, sacrilegum os illud impudentissime, & contra suam propriam, cuius superius meminimus, confessionem iactat, vnde si ea ipsa, quae de humana doctrina praemittit, vera esse putat, dicens, quod omnis illa, quae sine sacrae scripturae testimonio fieret, humana doctrina, homines in interitum duceret, in seipso verissima esse concedat necesse est, maxime posteaquam manifeste, Anno Christi 1523. contra Cockleum scribens, fateatur, aliud seipsum, & aliud sacram docere scripturam. & se suam de fide iustificante, doctrinam, ex nulla penitus scriptura, sed proprio duntaxat Marte usurpasse dicat, sin porro illa potius falsa, esse concesserit, & dixerit, quod non vna, vel altera saltem, sed plurimae etiam, humanae doctrinae essent, quae etiam si sine testimonio sacrae scripturae fierent, à Christi fidelibus nihilo minus, pro sacrosanctis haberentur. Tamen nec sic ipse se hac in parte, vera docuisse probabit, quoniam nemo orthodoxae religionis, talia docuit unquam,

Aliud Lutherus, & aliud sacra scriptura docet.

quam, vt diceret, quod immediate sola, & sine o-
peribus, fides iustificaret. Quemadmodum cum
de peccati reatibus, in libro suo de Antichristo, plu-
ribus contendisset, & dixisset: Nullum fieri posse
peccatum, quocunq; usu, cuiuscunq; loci, nisi fieret
ad lædendum proximum, audet nihilosecius pau-
lo post, (prout superius ostendimus,) dicere, &
oppositum plane asseruere, quod ordinatione Chri-
sti nullum esse peccatum, præter solam increduli-
tatem, etc. Quo fit, vt omni porro alia contro-
uersia remota, ipsemet seipsum, ter infœlix, vel
hoc suo proprio diametro, in eam quam alijs fec-
erat, foueam præcipitet, & se ipso facto, non
Christi Euangelistam, sed impudentissimum po-
tius, ipsiusmet antichristi sophistam, nec sacræ pa-
ginæ doctorem, sed blasphemum omnino, vel ex
soliis subsequentis orationis suæ serie, Christianæ
religionis deprauatorem fuisse recognoscat, neces-
se est, cum super Psalmum decimum septimum,

Luth: lib: de
Antichristo
VVittebm:
1521.

Luth: super
Psalm: 37:

vt præuentus sit, à laqueis eius, hoc est laquei mor-
tis & præualuerunt, & fortiores eo fuerunt, vt quos
euadere non possit, id quod est in inferno esse, vn-
de non patet reditus, sicut auis quæ laqueo capitur,
non reuertitur, etc. & id genus infinita alia, ex qui-
bus prout præmisimus, liquido constat, quicquam,
tandem Lutherus ipse fuerit, quoue (hoc est non
religioso, sed malitioso, sed odioso, sed & rabio-
so, & seditioso.) spiritu ductus, talem suam do-
ctrinam professus sit. Maxime posteaquam au-
deat, supremam propemodum illam, veræ & A-
postolicæ fidei arcem, talibus abominandæ blasphem-
iæ suæ cuniculis impetere, eademq; ipsa, quæ sunt
fere prima & potissima, orthodoxæ religionis fun-
damenta, non saltem in controuersiam vocare, sed
& temerario ausu contentiosissime impugnare.
Certum est enim, & luculentissimo sacræ scriptu-
ræ testimonio ratum, Christum Dominum, po-
steaquam omnia quæcunq; de se scripta fuerant,
consumasset, prothoplastiq; debitum, totaliter to-
tum, in crucis suæ patibulo exsoluisset, ad inferos
tandem, minime passurum, sed omnino triumphau-
turum, descendisse, ibidemq; non tanquam aliquem
debitas porro pœnas daturum, præuaricatorem,
sed

Luce: 18:

Ioan: 19: 17:

Colocen 2:

sed velut potentissimum de potestatibus inferiorum
 triumphatorem, humanæq; demum salutis, iustissi-
 mum propria virtute, reparatorem comparuisse,
 dicentem : *A* Estimatus sum, cum descendentibus *Psalm: 87:*
 in lacum, factus sum sicut homo, sine adiutorio,
 inter mortuos liber, etc. Ob id inquam, Lutheri
 hac in parte, nequaquam Evangelicam, sed Dia-
 bolicam porro potius, agnoscas fuisse doctrinam,
 id ipsum ipsomet innuente, & talis doctrinæ suæ
 authorem, categorica in hæc verba periphrasi, haud
 obscure denotante, ac dicente, quod Dominus illi
 dedisset aliquot scripturæ locos, satanæ extorquere,
 ceu clauam de manu Herculis. Vnde inquit certus
 sum, dogmata mea me habere de cælo, quæ etiam
 aduersus eum triumphauit, qui in vngue nouissimo
 plus habet virtutis, & astutiæ, quam omnes Papæ,
 & reges, & doctores, etc. Quis autem ille idem
 fuerit, ostendit porro, ipsemet in alio quodam lo-
 co, dicens, quod quadam noctium, ipso medio
 noctis, experge factus, protinus tantis & tam acu-
 tis, pro & contra Diabolicis, ex se rationem reli-
 gionis suæ exigentibus, in tantum, in ipso tremo-
 facto corde suo, diuexatus fuisset disputationibus,
 quod præ tedio, & animi sui angustia, animam
 M propemo.

*Luth: lib: cont:
 Regem Angliæ*

*Luth: in lib:
 Von der
 Winkelmess
 und Pfaffen
 weihen*

Luth: in sermo-
ne super Domi-
nicam Remini-
scere.

propemodum exhalasset. Tandem vero, postea-
quam ad instantiam talis exactoris sui, (cuius &
mutuam, & frequentiore iam tandem, alteru-
trinque consuetudinem, ipsemet in sermone de pri-
uata confessione, ijs formalibus recognoscit verbis,
dicens, quod Diabolum ipsum optime nouisset, &
cum eo duo magna frustra salis comedisset,) tum
religionis, tum doctrinae suae, rationem reddere.
seque velut ex composito, eo officiosius, in medi-
um propositis, & in vtramque partem, pro Digni-
tate talis conuentus, talis collegij, talis conuictus,
talis consistorij, talis & procelus, & actus, con-
formare cogeretur argumentis, praemissa cum pri-
mis, eiusmodi disputationis suae serie, cuestigio &
quadrata rotundis, & absurda quaeque, mutando
confusis, seque mille ridiculis inuoluendo parergis,
ipso haud dubie autore, ad ter maximum illud,
secundum ordinem Melchisedech, in Catholica
Ecclesia sacerdotium, conuersus, illudque non secus,
immo longe turpius quam si aliquod vel anile for-
tilegium, vel ioculatorius aliquis, histrionum fo-
ret personatus, non saltem quibusuis promiscue,
& sine omni, aut morum, aut virtutis, sexus, sta-
tus, eruditionis denique, seu vocationis, discrimine
Christia-

Christianis, verum etiam ipsismet Diabolicis quoque
spectris, competere astruens, in hæc verba prorup-
pit dicens, quod non tantummodo quicumque & qua-
liscumque tandem indifferenter Christianus, sed & ^{Sacerdotium}
ipsemet Diabolus etiam, & verum Evangelium ^{Lutheri.}
prædicare, & vera Christi administrare posset sa-
cramenta, etc. O abominandam religionem, &
plusquam detestandum, talis & tam nefandæ blas-
phemiæ, sacerdotium, sed o Deum & hominum
fidem, quis est omnium qui non obstupescat potius,
quam demiretur etiam, super tali & tam exec-
randæ confusionis, practica, postquam tanta, &
tot inaudita seculis, nescio hominumne iam tan-
dem, dixeris maior, an Diabolica, hodie creuerit,
altioresque radices egerit, malitia. Ast non minor
profecto, nefarij hac in parte apostatæ pertinacia,
quam vel talis reformatoris, ac magistri sui Dia-
boli, astutia, qua dum & omnes in infinitum Chri-
stianos, Christi dignos reputat sacerdotio, & ipsum
met Diabolum, tremendorum mysteriorum Dei,
dispensatorem constituat, facit ut tum ibi, inter mil-
le talis suæ sentinæ prætenso, sacerdotes, ne vni-
cum tandem verum habere queat Christianum, tum
hic ex professo, humanam expiandorum peccato-

rum, erga Deum reconciliationem, (quid aut di-
ctū horribilius? aut factū excogitari possit ex-
crabilius?) ad ipsammet Diabolicam remittat re-
solutionem, & per consequens, luce meridiana cla-
rius, & semetipsum ipso facto, manifestum ortho-
doxæ religionis deprauatorem, & neminem ali-
um, præter ipsum Diabolum, talis doctrinæ suæ,
testatur fuisse authorem. Inde ergo, omnes insidia
andi occasiones intendit, vnde se cumprimis, talis
& tantus legislator suus, catholicæ Ecclesiæ ob-
esse velle ostendit, vnum inquam sacri ordinis labe-
factare nititur sacerdotium, vt omnium demum
sacramentorum Dei, legitimum tollat, aboleatq;
vsum, id quod sacrilega hodie, omnium iam tan-
dem illorum, oculari demonstratione, arguit au-
dacia, qui explosis, prout paulo ante meminimus,
legitime iustitutis, Apostolicæ functionis, sacerdo-
tibus, suæ in locum ipsorum, detestandæ factio-
nis, temerario suo motu, & de facto, contra bonos
mores, contra publicam pacem, contra expressam
de simplici & plano, apostolicæ veritatis doctri-
nam, immo vero, contra ipsammet omnimodam,
talis & tam diuini officij essentiam, omissa nimi-
rum omnino, causa sine qua non. Hoc est sine sa-
cris,

cris, tam ordine quam iurisdictione, veluti ludia-
cras quasdam, umbras venaturas, nauti & sine fru-
ge, (ad imitandos casto conatu, quoscunq; huma-
nos actus.) simias pro profanandis duntaxat, &
minime quocunq; tandem casu consecrandis, *Laicus profa-
nare quidem,
sed non conse-
crare potest.*

(Quippe quemadmodū priuatio ipsa habitum, ita
& habitus perpetuo præsупponit potentiam, nec in-
nudorum temeraria verborum vsurpatione, sed in
legitima potius, institutionis Christi exequutione,
diuina consistunt mysteria,) tremendis, catholicæ
Ecclesiæ sacramentis, cum sua aliorumq; infinito-
rum preciosissimo sanguine Christi redempta-
rum, perditione animarum, male feriatos, indif-
ferenter (non exclusis quandoq; manifestis, re &
actu tortoribus, & carnificibus,) haud super sede-
rent intrudere laicos, iactantes, & dicentes, quod
ipsi, illi illi tandem forent, qui excusso totius debi-
tæ pro re nata obedientiæ iugo, & ordinario Ca-
tholicæ Ecclesiæ magistratui, (classicum canen-
tes,) repugnare, & nouos pro libitu, inauditæ o-
lim, ex præscripto suo, religionis, tali fine, tali mo-
do, (velut si præpostero ordine, curru trahendos
vsurpares æquos,) partos, impunæ instituire au-
derent dogmatistas. Quos ipsi suos, nunc Eccle-

sic ministros, nunc Parochos, nunc Pastores, iam
& Prædicatores, & Præcones, rarissime vero, aut
nunquam potius, vel presbyteros, vel sacerdotes
nuncupant, vt liquido ipso facto ostendant, se nec
religionem vero sacerdotio congruam, nec sacer-
dotium vera religione dignum usurpare. Adeo vt
tanto luculentius, in ipsis demum, illud ipsum quod
Apostolus olim, de nouissimis Ecclesiæ successibus
prædixerat, (astruens & dicens: Erit inquit tempus,
cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua
desideria coaceruabunt sibi Magistros, prurienti-
bus auribus, & à veritate quidem auditum auer-
tent, ad fabulas autem conuertentur, etc.) com-
pletum esse intelligas, quanto verius est, eosdem
vna cum talibus Buccinatoribus suis, vel hac ipsa
ratione, non religionem, sed rebellionem, sed fa-
stum, sed superbiam, sed nouos porro in Repub.
Christiana, sub prætextu sacrosanctæ Euangelicæ
pacis, & tumultus, & seditiones, factisque rebusq;
spirare, in illudq; vltro citroq; incumbere, vt esse-
mus paulo post, sine lege, sine rege, sine ordinario
processu, sine Iure, omissoq; legitimo sacerdotio,
fieremus tandem sine sacrificio, & per consequens
sine Deo. (Propheta siquidem teste, quasi peccatum
ariolandi

2. Timot: 4.

ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, 1 Reg: 15.
Rom: 13.

nolle aquiescere,) ita nimirum, vt luce meridiana
clarius, ex iisdem, hac in parte, & causa Antichristi
discipulos, & effectu, desolationis abominationem
agnoscas, idq; amplissimo testimonio Christi salua-
toris nostri dicentis, omnis plantatio, quam non Math: 13. 24.
Marc: 13.
plantauit pater meus cælestis, eradicabitur, etc. ea
propter, sinite illos ait, quia cæci sunt, & duces
cæcorum:

Verum enimvero, si hæc eadem ipsa, & id ge-
nus, quæ pro hac angustia temporis, obiter
& perfunctorie duntaxat, de Ecclesiasticarum ho-
die calamitate, recensuimus rerum, quæ vel longe
maiore commiseratione, quam narratione opus
habent, iusto titulo, p̃ijs peccatoribus altius perpen-
denda preponimus, iniuste omnino fecerimus, si
non ad merita causæ redeunt, nostrorum metip-
sorum, omnium primo, emendatione alios præ- Inuuit canonici
Successionis
abusum in ge-
nere.
uenerimus. Vtinam siquidem, non in nostris pro-
p̃ijs iam olim, talis zizania creuisset hortis, vti-
nam non hodie adhuc, in ipsismet Catholicæ Ec-
clesia penetralibus forent, qui syluestribus illis Da-
uidicis apris, non modo ansam præbuisent, sed & Psal: 79.
præsentanea, modum & viam, sua vita, suis mori-
bus,

bus, ad deuastandam selectissimam Domini saba-
oth vineam, patefecissent. Utinam inquam non
nulli, qui sub prætextu canonicæ successionis, offi-
cium, non nisi propter solum beneficium, & è con-
uerso minime expetunt, (qui non tantum, vel re-
ligionis amore, vel deuotionis affectu, quantum
& fastus, & delidiæ occasione, vt quos ventris, &
luxu diffluentis vitæ, defixos studium tenet, qui-
busue illa ipsa hodie, quæ olim omnibus facile p̃js
vitia erant, ṽsitatissimi plerunq; mores fiunt,) am-
plioribus vt plurimum, singuli in suis terminis, a-
butendis Ecclesiasticis inhiant offitijs, non longe
plus quandoq; ipsismet ex professo hæreticis, in-
commodarent.

*Temerarius
Ecclesiastico-
rum abusus of-
ficiorum: supe-
rat sæpe numero
virulentam ma-
litiã Hæreti-
corum:
Matth: 7:*

*Hæretici Ec-
clesiæ Christi
hostes.*

E Quidem, dum hos, & inusitatum cum pri-
mis doctrinæ genus, tales esse arguat, & le-
ges eisdem, tanquam manifestos Ecclesiæ Christi
hostes, cauendos decernunt, dicto facilius, à nemi-
ne non, quantumuis simplici etiam, dummodo
velit, vitari possint. Illos vero, de quibus è contra,
tam propter ordinis sui eminentiam, quam ob sus-
cepti muneris auctoritatem, non solum quod Cas-
tholici, quod synceri orthodoxæ religionis zela-
tores forent, præsumitur: verum etiam, quia in

ut
eo tandem perfectionis statu existerent, & ea præful-
gerent reputatione, & ipsemet condiendarum huma-
narum mentium, sal terræ, vt lux mundi, vt Chri-
stiani populi duces, quid amplius vis dicam & vt re-
gale sacerdotium, vt Apostolorum successores, vt or-
dinarij vicarij Christi, dicerentur. Quæ sunt alias, ve-
ra & propria, ex officio catholicorum sacerdotum
pitheta, vt quorum ordo & sacerdotium, (propter
legitimum noui & æterni testamenti, assumptæ pro
Christo legationis, siue prosequendæ ad Deum, per
dona & sacrificia, humanæ reconciliationis ministeri-
um,) sunt sempiterna. Quos in summa, & leges, &
iura tuentur. Quis non vel solius, eorundem intuitu
professione, ex debito officio, non obseruandos sal-
tem, sed & suspiciendos, & absolutissimi exempli in-
star, imitandos vsurparet?

Matth: 5.

1 Pet: 2:

Catholicorum
sacerdotum Ep-
pitheta, & sem-
piternum quod
rite gerunt sa-
cerdotium.

Heb: 5.

QUum tamen tales, suæ propriæ sæpenumero,
immemores salutis, sub specie recti, sub vestitu
ouino, sub pastoralis tubæ sono, sub tantæ exempti-
onis prærogatiua: (non perpendentes miseri, quod
ipsimet sacerdotij sui, peccata sustinere cogerentur. Num: 18.
Nec cogitantes deniq; quid se maneat, quidue talibus
Propheta imprecetur, dicens: Maledictus qui facit o-
pus Domini fraudulenter,) susceptæ benedictionis
ministerium, sola hypocrisis metientes, ipsumq; vt plu-
rimum

Num: 18.

Hier: 48.

N

rimum

*Hypocritis per
niciosa Ca
tholica Eccle
sia possit.*

rimum ad ignauiam, & complacendi desideria ver
tentes, hoc est non causam propter quam, nec vocatio
nis suæ necessitatem intendentes, sed alienæ potius re
compensationis, vtilitatem aucupantes, ob fouendam
inquam quorumuis tandem, (non obstante, etiamsi
illi euidentissimi, catholicæ Ecclesiæ hostes, siue schis
matici, siue hæretici forent,) amicitiam, atq; adeo mu
tuæ necessitudinis ergo, malentes sæpenumero, ter in
fœlices illi, nescio quot tandem, (horribile dictu,)
commissarum sibi animarum perdere, quam vnum
vel alterum, ex talibus deuinctis sibi amicis, debiti offi
cij sui iure, offendere, indeq; (vt Dauidica vtar senten
tia,) & cum furibus currentes, & cum adulteris por
tionem suam ponentes, tum virtutem, tum religionem
negligere, ne dicam venales habere, Ecclesiæq; sacro
sanctam immunitatem, prostituere. Et nequaquam
tanta, & tam inuitabili, prout illi vel maxime, in ex
cusationem sui prætendere solent, aut decurrentium
temporum iniuria, aut hæreticorum potentia, quanta
longe maiore, ipsorummet propria insolentia, Catho
licam Ecclesiam, tot infinita hodie hincinde percellunt
mala. Satanas ipse, vix aliquando compendiosiore
via, in orthodoxam religionem, plura excogitare po
tuit pericula: Diuò siquidem Gregorio teste, nullum
maius ab alijs, quam à sacerdotibus, præiudicium to
lerat

*Psal: 49:
Esaï. 1.*

lerat Deus, quando eos quos ad aliorum correctio- Super Euange-
 nem posuit, de se prauitatis exempla dare cernit. Ma- lium Mathe
 xime vero, sicubi & foris in facie Ecclesiæ, curios simu- cap: 5.
 lando, Pastorale officium, cum omni mansuetudine
 insinuare, & domi ad præsepe Domini bacchanalia
 viuendo, cum lupis (simulata quippe sanctitas, du-
 plex dicitur esse iniquitas,) consueuissent vlulare. Vn-
 de fit, vt quo tales in maiore dignitate constituuntur,
 maioreq; præpollent authoritate, eo magis magisq;
 suimetipsorum proprij, (non obstante quod & deli-
 ctum personæ, non debeat in detrimentum Ecclesiæ
 redundare, & Dominus in Euangelio plebem suam, Mathe: 23.
 ad sacerdotum doctrinam duntaxat sectandam, &
 nequaquam ad imitandos, eorundem mores remit-
 tat,) abusu officij, non minus impias hæreticorum &
 linguas, in atrocissimam quamq; catholicæ Ecclesiæ
 iniuriam, armando, & trucem ipsorum pro re nata
 audaciam, velut frigidam ipso facto suffundentes, ex- Enormes cleri
 citando, quam simpliciores ex fidelibus scandalizan- mores reddunt
 do, in cautis caulis Christi, obesse consueuerunt. Id vt plurimum
 quod post remissam, non dixerò intermissam, vel om- hæreticos au-
 nino omissam potius, pluribus in locis, canonicæ di- daciores.
 scipline censuram, luculentius quotidiana proh dolor
 experientia, haud sine maxima multorum, non saltem
 conscientie exulceratione, sed & in ipsammet religio-
 nem

nem prauaricatione, ad oculum demonstrari, quam elaboratissima etiam oratione, comprehendere potest.

Si itaq; & huic nostræ tempestati, rectius consultum, si Ecclesiasticam politiam repurgatum iri, si canonicam successionem, (qua stante orthodoxam religionem sibi constare, & labascente hæreses inualescere, indeq; iuxta præmissa, legitimam tremendorum sacramentorum Christi administrationem, vna cum reliqua vniuersa Euangelicæ veritatis executione, non saltem vilesce, sed & omnino pessum ire, necesse est,) suo iure de cætero gaudere posse, desideramus, si scandala tollere, si quoscunq; porro abusus abrogare paramus, ex tum in Canonicam disciplinam cum primis, intenderimus oportet. Eam propagemus, eam â temeraria in contrarium nitentium præsumptione, in pristinam quoad eius fieri possit, diligentissime vindicauerimus libertatem. Intempestiue alioqui, super totius eiusdem causæ meritis, deliberabimus, inaniter quod absit, consultabimus, & inutiliter omnino, tam iura quam leges, alegabimus. Littus inquam (pro ut, est in prouerbio,) arabimus, simul atq; versuram minâdi dominici gregis, faciemus, si non eandē hinc inde, hoc nostro peruerso seculo, conculcatam potius, quā collapsam, pro nostro saltem interesse, restituerimus restitutamq; realiter & cum effectu, executioni demandauerimus.

Canonica disciplina pro reformatione oppido necessaria.

dauerimus. Hoc est, (si clarius dictum esse velis,) nisi
clerum tandem, in suo debito retinuerimus officio.
Non siquidem, prout bene dixit ille, quantumuis va-
lidissimis etiam, stantibus mœnibus, & solis ruentibus
moribus, foelix reputari possit, quæcunq; demum Res-
pub. Vnde, quemadmodum magna in ipsa seueritate
pietas est, per quam peccandi facultas tollitur, ita porro *Pia seueritas.*
ro inanem solet, salutaris animaduersio, spem vincere
clementiæ.

SEd quid pluribus moror? posteaquam primæ toti-
us pro re nata negotij partes, ipsis loci ordinarijs
cum primis, vnicuiq; nimirum in sua dioecesi, tanquam
sedis Apostolicæ, hac in parte delegatis, ab vniuersa
vel maxime deferantur Ecclesia, merito sane Reue-
rendissime in Christo princeps, lociq; ordinarie Am-
plissime, in Reuerendissimam celsitudinem tuam, tum
ora, tum oculos, hoc nomine conuertimus nostros, tum
quia inde â primis annis, ita perpetuo orthodoxam
cum virtute coniunctam, coluerit religionem, vt nihil
eorum, quæ religioni competerent, ab ingenua virtu-
te duceret esse alienum, nihil quod virtuti repugnaret,
sacræ quoquomodo ad scribendum reputaret religio-
ni, & hoc tanto luculentius, quanto euidentiùs est, te
non saltem ex Catholicis parentibus prognatum, ca-
tholicè honestissimeq; educatum, in Catholicis scholis
N ; eruditum,

*Canonici
Wratissl
Principi
electores.*

eruditum, necnon clarissimis titulis exornatum, tum
quia tandem, ob singulares alias, vero Episcopo dig-
nas, heroicarum virtutum tuarum dotes, à Catholi-
cis, nobilitate, religione, pietate, necnon omni ge-
nere scientiarum clarissimis, sacerdotibus, huius inquam
almæ V Vratisslauiens. Ecclesiæ, canonicis, ac prælatis,
ad istud Episcopalis eminentiæ culmen, canonicè ele-
ctus, ac sublimatus, statimq; à supremo vniuersalis Ec-
clesiæ, magistratu, benigne admissus, & approbatus,
necnon pro hodierna ipsa die, porro per istum sacrum
Episcopalis consecrationis actum, legitime in Apo-
stolica successione, fueris confirmatus. Merito inquam
Reuerendissimam C. T. ob hæc, eadem ipsa coli-
mus, & eo magis ac magis, reueremur, quod tali tan-
dem dignitate exornata, & in tanta authoritate consti-
tuta, nihil omnino, (licet non sine magnis, & non nisi
tali Principe dignis, supremi Sac: Rom: Cæs: Maie-
statis, Domini nostri clementissimi, circa hanc inclytam
vtriusq; Silesiæ, rite capeffendam communem Rem-
pub: Capitaneatus curis,) intentatum relinquet, quo
minus, Diuino suffragante auxilio, ea ipsa, quæ aut
prædecessorum olim suorum, vt salua ipsorum venia
dixerim, qualicumq; demum infirmitate, seu imbecilli-
tate, aut temporum saltem iniuria, hincinde, in hac tua
Diocesi, deprauata, vel collapsa sunt, quoad eius fieri
possit,


possit, diligentissime reparare, necnon successiuis sal-
tem temporibus, ad esse reducere nitetur, iuxta illud Aa-
postoli, Prælati quondam Ephesinis, iubentis, & di-
centis: attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos
Spiritus sanctus, posuit Episcopos, regere Ecclesiam *Aeb: 20.*
Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Attende igitur, An-
tistes vigilantissime, & in rem præsentem subinde, ex-
currens, caliginosæ hodiernorum tam morum, quam
temporum, porro vigilias noctis observa, videbis pro-
fecto, te in hoc ipso regiminis tui principio, amplissi-
mum tam exercendarum heroicarum virtutum tua-
rum, quam reformandæ religionis campum ingressum
esse. Habes siquidem, habes reuera, in hac ipsa Dioce-
si tua, non saltem apud externos in genere, sed & apud
ipsumet domesticos fidei, quo pro saluanda de qua in
præsentiarum differimus Ecclesiasticæ hierarchiæ suc-
cessionem, repurgato, & ad normam sacrosancti œcu-
menici concilij Tridentini, emendato, tum hic in hoc ca-
duco rerum temporalium decursu, immortalitatis lau- *Con Trid: Sess*
dem, tum inibi, in æterna illa sanctorum sælicitate, sem- *21. Dec: de Reu*
piternam consequi mereare gloriam. Quod tibi, cum *for.*
omnibus alijs, veris & fidelibus, catholicæ Ecclesiæ pa-
storibus, & gubernatoribus, nobisq; tuæ pastoralis curæ
subiectis, affatim præstare dignetur, ipse summus &
maximus, suorum electorum Pastor, Christus Do-
minus Amen.



maximus, suorum electorum Pastor, Christus Deus
 lubrificis, altissimi patris dignetur, ipse lumen &
 honoris & gubernatoribus, nobis per pastorem cunctis
 omnibusque vestris & fidelibus, catholicis Ecclesie pas-
 sorem consilium meretur gloriam. Quod tibi, cum
 tuum in ipso in eternis illis laudibus laetitate, sem-
 per tuorum temporalium deus, immortalius laus
 meriti concedi. Tunc in hoc sa-
 celione, reprobato, & non in sacrosancti occu-
 pratibus, sed in laudibus, & catholice hierarchie luc-
 ipsonat, deus, ipse per pro laudibus de qua in
 illius non solum apud externos in gentes, sed & apud
 esse. Iste liquidum habet rector in hoc ipso Dicere
 rui, dicitur reformande religionis campana in gurgitum
 munit in eximiam, & in totum mundum
 huius in hoc ipso regimine, in principio, apostolice
 reprobato, per pro vigiliis, nobis ostendit videtur pro-
 curat, & in hoc ipso regimine, in principio, apostolice
 munit in eximiam, & in totum mundum
 rui, dicitur reformande religionis campana in gurgitum
 esse. Iste liquidum habet rector in hoc ipso Dicere
 si non solum apud externos in gentes, sed & apud
 ipsonat, deus, ipse per pro laudibus de qua in
 pratibus, sed in laudibus, & catholice hierarchie luc-

Con Tith. 246
 27. Dicitur
 107.





Śląska Biblioteka Publiczna

222766

I

Pl.

Min. Ośw. 507a — PZWs C850 X. 49

